Gr. Brit. — Crown. 1016–1035 (Canute)

LEGUM REGIS CANUTI MAGNI

QUAS ANGLIS OLIM DEDIT

VERSIONEM ANTIQUAM LATINAM

EX CODICE COLBERTINO,

VARIANTIBUS LECTIONIBUS ATQUE OBSERVATIONIBUS ADDITIS

CUM TEXTU ANGLO-SAXONICO

EDIDIT

JAN. LAUR. ANDR. KOLDERUP-ROSENVINGE

I. U. DR. & PROF. IN UNIVERSITATE HAVNIENSI.

HAVNIÆ.

TYPIS DIRECTORIS *JANI HOSTRUP SCHULTZII*,

AULÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

1826.

Minot fund

Semisæculum jam elapsum est ab illo inde tempore, ex quo vir celeberrimus, immortali memoria dignus, noster *Petrus Kofod Ancherus* cogitaverit de edendo codice legum Anglicarum regis Canuti Magni, quem codicem *Fridericus Rostgaard* (†1745) ex archetypo membranaceo bibliothecæ Colbertinæ Parisiis descripsit. Quum vero duo exempla, haud raro inter se dissentientia, Anchero ad manus essent, quorum nullum Rostgaardii autographum esse existimaverit, a proposito destitit, nec illius operis Ancheriani, quod ad prelum jam paratum erat, nobis aliud superstes est, quam commentatio ejus "de legibus Anglicis Canuti Magni in perantiquo codice bibliothecæ Colbertinæ," primum actis literariis Universitatis Hafniensis anno 1778 inserta et deinde in versione danica inter cætera auctoris opera recepta, curantibus editoribus præclarissimis *J. F. W. Schlegel* & *Er. Nyerup.* *) Qui operum Ancheri editores haud dubie recte monuerunt, Ancherum autographum Rostgaardii frustra quæsivisse, quippe quod nunquam extitisse videatur; legitur enim in catalogo bibliothecæ Rostgaardianæ sub numero 378 titulus MS^ti^: "Leges Cnuti, regis Anglorum, Danorum & Nororum, quas F. Rostgaard ex codice bibliothecæ Colbertinæ Parisiis *describi curavit*, et *summa cum cura contulit*, adjectis brevissimis conjecturis, quibus vitiosa hinc inde emendantur"; qui quidem titulus nullum autographum indicat, verum certe apographum, quale hodie adhuc servatur inter MSS. Arnæ-Magnæana (sub No. 1 in quarto), in quo sæpius occurrunt conjecturæ et emendationes, manu Rostgaardii propria ad marginem adscriptæ. Quod ad ipsum archetypum attinet, Rostgaardius in fine apographi ejus dedit descriptionem, sententiam quoque de ætate ejus addens hisce verbis: "Sic finit codex pagina scilicet 63^tia^, qui in quarto & in membrana scriptus est, et in bibliotheca Colbertina habetur sub numero 3860. Singulorum capitum lemmata minio scripta sunt. Codex est quingentorum annorum**) ex mente clarissimorum virorum Stephani Baluzii et Mabillonii. Character fere idem est cum eo, cujus specimen habetur in opere Mabillonii de re diplomatica p. 371, quod incipit: Paulus. Hoc exemplar cum originali codice acuratissime contuli. Codex

*) *P. Kofod Anchers samlede juridiske Skrifter, udgivne af Professorerne* Schlegel og Nyerup. *Vol. III. Hafn.* 1811. *p.* 61. *ff.*

**) Scripsit hoc Rostgaardius dum in peregrinatione Parisiis morabatur anno 1696 vel 1697 sic itaque codex noster a sæculo duodecimo originem traheret, ad quod sæculum etiam illud scripturæ specimen apud Mabillonium, a Rostgaardio laudatum, pertinet.

originalis finit pagina 63tia versu 15mo; sequitur versu 17mo & 18vo sequens subscriptio manu satis veteri, sed pessime picta et atramento vix apparente:

"*Stephanus de karitate* custodit me, quod bonus sum, sine dubio, et non custodit me bene et facit stulticiam, quod ego redderem ipsum bene doctum." Quæ tamen duæ ultimæ voces non bene legi possunt. Versu 20mo alia manu, etiam veteri, scriptum est: "*prior de Versellyes.*" In inferiori extremitate ejusdem paginæ scriptum fuit, sed a bibliopega ferme præcisum est, quod sequitur: "*Anno MCXII a co. no.* (id est anno millesimo centesimo duodecimo a Christo nato)." Ita Rostgaardius.

Argumentum hujus codicis omnino tanti momenti est, ut in lucem demum prodire mereatur, quum quia non parum discrepat ab eo textu legum Canuti, quem lingva Anglo-Saxonica *Lambardus* atque *Wilkinsius* ediderunt, nec non ab illa antiqua versione latina, quam nobis servavit Chronicon Jornalense,*) tum etiam quia continet supplementum ad leges Canuti ex 65 capitibus constans, quod typis excusum adhuc nusquam reperitur, nisi in libro rarissimo, quem sub titulo: Textus Roffensis edidit *Th. Hearnius* Oxonii anno 1720 in forma, quam octavam vocant.

Quæ cum ita sint, nulli dubitavimus operæ nos pretium facturos, si antiquum illum codicem oblivionis jam nebulis offuscatum ad lucem revocaremus, idque tanto minus, quum hæc nostra ætas, si non alio, hoc tamen nomine laudanda esse videatur, quod in fontibus antiquitatis ac medii ævi indagandis perscrutandisque indefesso studio versatur et conamina, quæ huc pertinent, si modo ullos, licet non uberrimos, polliceantur fructus, non aspernatur. Nobis quoque quam maxime persuasum est, illum sincerum historiæ ejusque monumentorum amorem, quo tot Jurisconsultos, celeberrima nomina, incensos videmus, veræ jurisprudentiæ utilissimam fore, eorumque vestigia premere honori ducimus. Quum vero patria nihil carius habeamus, in legibus patriis versari nobis quoque carissimum; in quo quidem studio hoc Danis optatissimum contigit, ut leges, quibus nunc patria regitur, tanquam rivuli ex communi fonte manantes, ex legibus antiquis, natali solo ortis, peregrinis admodum raro adoptatis, nunquam obtrusis, originem suam traxerint. Verum enimvero, etiamsi leges nostræ antiquæ hanc ob causam nobis magis se commendant, quam aliis nonnullis populis suæ, quæ sæpius jure peregrino aut omnino obrutæ aut saltem infectæ legibus

*) Vide historiæ Anglicanæ scriptores X, ed. *Roger Twysden.* Londini 1652 fol. p. 914 sqq.

vigentibus plus minus dissimiles redditæ sunt, tamen leges antiquas earum gentium, quæ ex eadem stirpe oriundæ nostris sunt cognatæ, minime negligamus, quippe quum propter ipsam, quæ gentibus interest, affinitatem morum et sermonis multum conferant ad jus nostrum antiquum interpretandum atque explicandum. Quodsi hæc in universum valent de præsidio, quod nobis præbere queat studium antiquarum legum Islandiæ, Norvegiæ, Sveciæ, Germaniæ atque Angliæ, certe inter hæc juris nostri adminicula legibus Anglo-Saxonicis non ultimus locus assignandus est, earumque nullas nobis magis curæ cordique esse debere, quam quas Danorum rex, inclytus ille Canutus, cognomine magnus, olim condidit, nemo facile inficias ibit. Videmus quoque hisce ipsis diebus in Germania, cui in solido jurisprudentiæ studio promovendo vix ulla terra palmam præripiet, legum Anglo-Saxonicarum studium, cum celeberrimo *Dreyero* prope exstinctum, quasi reviviscere; viri clarissimi *Eichhornius* & *Mittermaier* in scriptis suis doctissimis juris Anglo-Saxonici sæpius usum fecerunt, et vir illustrissimus *Falckius*, collega noster Kiliensis amicissimus, in præfatione ad germanicam commentariorum *Blackstonii* versionem,*) ubi quoque codicis nostri *Rostgaardici* mentionem facit, utilitatem hujus studii Jurisconsultis Germanicis sedulo inculcat; anno proxime elapso prodiit historia juris Anglo-Saxonici, docte et concinne elaborata**), et hoc, quem nunc agimus, anno novam legum Anglo-Saxonicarum editionem promitti legimus.***)

Sufficientes itaque haud dubie aderant rationes, quæ nos adducerent, ut hocce opus aggrediremur. Verum tamen operæ pretium erit, paullo diligentius morari in discutienda celeb. Ancheri hypothesi, qua hypothesi, quæ in commentatione antea laudata exstat, probare conatus est, illa legis capita, quæ in codice nostro atque in textu Roffensi inveniuntur, in textu autem Anglo-Saxonico, quem ediderunt Lambardus atque Wilkinsius, omissa sunt, ab ipso rege Canuto originem trahere, iisque regem leges jam antea a se latas auxisse et emendasse, ita ut codex noster esset codex genuinus legum Canuti repetitæ prælectionis. Nos vero fatemur, argumenta *Ancheri* nobis satis justa non videri. Primum enim contra *Wanleium*, qui illa postrema capita, quæ in textu Roffensi occurrunt, delectum

*) W. Blackstones *Handbuch des englischen Rechts, aus dem Englischen v.* H. F. C. v. Colditz. *Mit einer Vorrede begleitet v. Dr. Professor* N. Falck, 2 *Bde. Schleswig* 1822. 8.

**) *Versuch einer Darstellung der Geschichte des Angelsächsischen Rechts*, v. G. Phillips, *Dr. Göttingen* 1825. 8.

***) Vide Jahrbücher der gesammten deutschen jur. Literatur, vol. IIdi particul. 2dam p. 182. 1826.

quendam legum tempore Canuti antiquiorum existimaverit, observat, "quod, quamvis ab Alfredi legibus magna earum pars derivata sit, ea præcipue, quæ de pæna agit vulnerationis et mutilationis membrorum, multa tamen accesserunt, quorum nulla vestigia in Alfredo deprehenduntur, quæque non nisi a legislatoris manu proficisci potuerunt. Si vero leges hæ sunt, non excerpta legum, vix ad alium quam Canutum referri possunt." *) Verum celeb. Ancherus non animadvertit, præter leges Alfredi, etiam leges Inæ, atque Athelstani, Judicia civitatis Lundoniæ et librum constitutionum, ut vocant, tempore Æthelredi confectum, fuisse illorum capitum fontes, quod suo loco monstrabimus, ita ut pauca modo supersint, quæ a Canuto rege derivare necesse sit. Neque, si plura nova iis additamentis vere insunt, ullam necessitatem videmus statuendi, hæc "a manu legislatoris" esse profecta. Verosimilior sane nobis videtur sententia celeb. *Falckii*, collectionem legum, quæ codice nostro continetur, privata auctoritate factam esse; quæ si est vera sententia, facile intelligitur, auctorem nonnulla ex jure antiquo, quæ in Canuti legibus non invenerit, hisce addidisse, aut quia ejus adhuc tempore usu viguerint, aut forsan quia ipsi admodum placuerint. Si porro ipsam indolem præceptorum ac modum dicendi, qui in hoc supplemento obtinet, accuratius inspicimus, plura occurrunt, quæ, ni fallimur, vix & ne vix quidem cum hypothesi Ancheriana constare possint. Sic ubi in cap. 134 legitur: "et multas alias consvetudines (ɔ: jura) habet rex, quæ sibi (ɔ: ei) conveniunt," num legislator ita locutus esse existimandus est, annon potius auctor, qui ex pluribus decerpsit, quod memoratu maxime dignum ei videretur, quæ autem minoris momenti essent, silentio præteriit? Cæterum in eodem capite parum diligentiæ adhibuit, quum quæ ibi dicta sunt de mulctis pacis ecclesiasticæ fractæ, in capite 136to repetantur. Sic etiam verba: "Istæ sunt consuetudines regum inter Anglos" quæ sub finem capitis 128 inveniuntur, haud dubie per incuriam irrepserunt, quod in adnotatione ad hoc caput uberius exposui. Qui attente perlegit cap. 143–146, ubi agitur de "antiqua lege Anglorum," facile sibi persuadebit, minime leges vigentes hic exponi, verum antiquatas; inveniuntur eadem præcepta judiciis civitatis Lundoniæ adjecta in textu Roffensi, unde in editionem Wilkinsianam p. 70–71 migrarunt, licet Wilkinsius valde dubitaverit, utrum ad illa judicia pertineant, an potius ad leges Æthelstani. Nobis quidem persuasissimum est, ut ad nos pervenerunt, illa præcepta speciem legis non referre, sed esse observationes Jurisconsulti cujusdam in jus

*) In commentatione laudata in actis liter. Univ. Hafn. p. 186, version. dan. p. 65–66.

antiquum. Porro, si Ancheri hypothesis vera esset, regem Canutum leges, quas antea tulerit, ab Italia reversum emendasse et has easdem in codice nostro latere, nonne verosimile esset, in præfatione legum hujus rei mentionem factam esse? At ne verbo quidem. Nec facile ratio indagari potest, cur codex noster epilogum, qui alias post cap. 83 (80) invenitur, plane omiserit, si authenticas leges Canuti contineret.

Ut conjecturam suam confirmet, hæc dein verba addit celeb. Ancherus: "Conjecturam hujus rei mihi præbet insigne discrimen tum in pænis tum in aliis passim argumentis inter leges manuscriptas Codicis Colbertini et typis impressas. Immo eum (regem) priores quoque leges insigni postea incremento auxisse comprobat adjectio illa in Codice Colbertino, quam recentioris esse ætatis concludo ex proximo capitulo 83mo (80), quod ultimum est apud Wilkinsium; illud enim pænam illis præfiniens, qui leges has spreverint, sive Angli fuerint, sive Dani, testari videtur finem, legislationi tunc impositum." Verum enimvero illud in ipso legum argumento discrimen, quod inter codicem Colbertinum et leges Canuti a Lambardo ac Wilkinsio editas obversatur, nusquam tale est, ut prædicare audeamus, præcepta, quæ in illo codice continentur, a legislatoria auctoritate esse profecta eoque fine, ut jus usque ad id tempus vigens mutarent; quæ si legislatoris voluntas fuisset, vix fieri potuisset, quin uno saltem loco indicaretur. Latuisse quoque Ancherum videtur, alias præter codicis Colbertini exstare antiquas versiones legum Canuti, quæ non minus a legibus typis mandatis discrepent. Licet dissensiones inter hosce codices magnam partem negligentiæ scribarum tribuendæ esse videantur, imprimis ubi in mulctarum quantitate dissentiunt,*) tamen non raro non solum alius ordo capitum occurrit, verum etiam alter sæpe tota capita addit, quæ alter omittit. Sic in codice quodam Harleiano, de quo plura deinde disseram, dimidia fere pars illius supplementi, quod in nostro codice occurrit, a capite 84 incipiens, invenitur atque cum capite 127mo, quod in codice nostro inscribitur: "Quanti fuerit sacramentum liberalis hominis," hisce verbis finitur: "Expliciunt hic constitutiones Chnuti regis;" — codex autem noster materiam continuat, præceptum antecedenti adnectens "de sacramento presbiteri." Sic quoque codex Cottonianus, cujus variantes lectiones suis afferentur locis, a textu Anglo-Saxonico sæpius discrepat, ordinem capitum mutat, et plura addit, quæ in illo

*) Sic sæpius in nostro codice videmus numeros LX in XL mutatos, et vice versa, quod scribæ unice imputandum venit.

desiderantur. Quæ quidem omnia satis docent, plures legum Canuti collectiones latino sermone conscriptas extare, privata auctoritate confectas, quæ non solum in singulis verbis Anglo-Saxonicis vertendis atque explicandis, verum etiam quoad ipsum argumentum inter se valde differunt.

Argumentum, quod petit Ancherus ex nexu inter illud supplementum codicis nostri & caput 83 (80), quod ultimum est in editione typis mandata, sane nil aliud probat, nisi quod supplementum sit ipsa lege recentius, nullo modo autem, ab ipso rege Canuto id profectum esse, quod ut statuatur, ipsam hujus supplementi indolem vix admittere, supra demonstrare conati sumus. Ne quid autem, quod argumenti loco posuit celeb. Ancherus noster, præteriisse videamur, necesse est, ut huic supplemento examinando paullo diutius immoremur. Postquam enim Ancherus illa verba, jam supra p. VI laudata: "Si vero leges hæ sunt, non excerpta legum, vix ad alium quam Canutum referri possunt" attulerit, hæc addit: "Una igitur eademque serie, sine singulari rubrica, reliquas Canuti leges mox sequuntur tanquam appendices priorum legum Canuti, et has iterum excipiunt leges Wilhelmi & Edvardi. Imo ipsa hæc accessio indicat, ab eodem eam legislatore profectam esse, a quo priores leges, quas Canuto regi adscribere nemo dubitat. Dicitur enim p. 38 in textu Roffensi: *Si autem talis occiditur, qualem* supra *nominavimus* Radeniht; at vero in accessione hac nihil supra de voce Radeniht; in legibus autem secularibus Canuti, qvas habet Codex Colbertinus, appellatio hæc occurrit (Cap. 62)." Sane, quomodo illa laudatio authentiam legis probare possit, non satis video. Curni idem ille, qui leges Canuti exscripsit, dum in aliis legibus legumque commentariis, quæ tanquam additamenta legibus Canuti subjungere aptum ducebat, vocem offendit, quam in ipsis legibus Canuti vertendis jam explicavit, ad hunc locum lectorem ablegare potuit? Quin e contrario laudatio talis appellationis, quæ Anglis haud dubie notissima erat, me judice potius auctorem privatum, quam legislatorem indigitat. Idem valet de simili citatione, quæ occurrit in cap. 144, ubi hæc legimus: "talis dehinc potest pro domino suo præjurare juramentum, quod supra nominavimus *foraht*," quibus verbis lector ablegatur ad legem secularem cap. 22 (20), ubi præjuramenti, ut vocant, mentio fit. Quid? quod si animadvermus, laudationes illas respicere verba Anglo-Saxonica, quæ in antecedentibus occurrerant, et si videmus, auctorem fere semper, ubi appellatione quadam Anglo-Saxonica utitur, addere: "quod vocant Angli",*) facile inducimur ad credendum,

*) Sic in leg. eccl. cap. 6, 8, 10, 13, 15, 16, 17, 18–21, et aliis multis.

auctorem non Anglum, sed peregrinum, fortasse Normannum, fuisse. Verosimile quoque videtur, hanc versionem nostram legum Canuti aut rectius hanc legum Anglo-Saxonicarum collectionem post occupationem Angliæ per Normannos aut saltem paulo ante conscriptam esse; patet enim ex legis sæc. cap. 10 (12), ubi auctor "fif pund" textus Anglo-Saxonici per "C solidos" reddit, libram eo tempore 20 solidos comprehendisse: constat autem, hoc solum tempore occupationis Normannicæ aut fortasse jam tempore Edvardi Confessoris obtinuisse, quum antea libra 48 aut 60 solidos continuerit.*) Sic quoque post occupationem Normannicam duodecim denarii efficiebant solidum, et re vera legimus in cap. 107 pro ungve digiti quinti (auricularis) abscisso mulctam duodecim denariorum esse solvendam, ubi lex Ælfridi in loco parallelo habit: mulctam unius solidi.

Verum hæc hactenus. Restat solum, ut modi, quo in codice Colbertino aut potius apographo Rostgaardiano edendo usi sumus, rationes reddamus. Apographum Rostgaardianum accurate typis exprimi curavimus, nisi quod nonnulla aperta sphalmata scribæ correxerimus, quod tamen raro fecimus ipsum textum emendando, sæpissime emendationes notis reservantes; interdum, ubi satis apparuit, verbum quoddam e textu excidisse aut perperam scriptum esse, emendationem in ipso textu posuimus, semper autem alio stylo et addita parenthesi conspicuam. Ubi in textu verbum aliquod delendum esse censuimus, hoc uncis [] inclusimus. Nonnullas animadversiones Rostgaardii minoris momenti omisimus. Quod ad codicem ipsum Colbertinum attinet, hujus descriptionem verbis Rostgaardii jam supra dedimus, cui modo addimus, codicem præter leges Canuti continere: "*Emendationes legis, quas Wilhelmus fecit in Anglia*" (quæ post leges Canuti immediate sequuntur; apud Wilkinsium leguntur p. 217-218), dein "*Leges Edvardi, quas Wilhelmus postea confirmavit in Anglia*" (apud Wilkins. p. 197-209), et demum *chronicon ducum Normannorum*, quod invenitur apud Wilkinsium p. 209 sqq. Rostgaardius monet, quæ in margine codicis manu recentiori adscripta fuere, Gallo cuidam sine dubio tribuenda esse; invenitur nempe in cap. 13 (5) legis ecclesiasticæ ad explicandam vocem *þegenscipe* in margine additum "*Eaten*, mangé, *scipe*, morceau," cui perversæ interpretationi hanc adnotationem subjungit Rostgaardius: "Hinc patet, quod et Gallus fuerit, qui hæc in margine adscripsit, et Anglo-Saxonica non intellexerit."

*) *Phillips* p. 90 Not. 286 occupationem Normannicam tanqvam terminum computationis antiquioris existimat, *Turner* vero in History of the Anglo-Saxons IV. p. 266 contendit, e Domesdaybook probari posse, jam tempore Edvardi Confessoris libram valuisse 20 solidos.

Deinde addidimus variantes lectiones ex pluribus, quas jam afferemus, antiquis versionibus:

1) ex codice membranaceo in bibliotheca Harleyana Musæi Britannici No. 746. Animadvertendum tamen est, ad ipsum codicem nobis non fuisse aditum, verum ad apographum, quod vir illustrissimus *G. Thorkelin,* regi a consiliis status, chartario regio secreto præfectus atque eques ordinis Danebrogici, ipse exscripsit et bibliothecæ regiæ Havniensi servandam tradidit. Codicis ætatem celeb. Thorkelin ad sæculum decimum tertium, vir autem illustrissimus *H. Ellis,* custos manuscriptorum Musæi Britannici & societati antiquariæ Lundonensi a secretis, qui notitiam MSS[rum] legum Canuti mecum benevole communicavit, modo ad sæculum decimum quartum adscendere existimat. Hic codex non ita multum a nostro discrepat, finitur autem, ut supra jam memoravimus, capite 127[mo]. In notis hunc codicem litera *H* insignivimus.

2) ex codice membranaceo in collectione Cottoniana Musæi Britannici, insignito: Domitianus A. VIII., quatenus illustr. *Thorkelinus* ex hoc codice, quem sæculo XIII[tio] adsignat, variantes collegit easque in margine apographi codicis Harleyani adscripsit. Finitur hic codex capite 83[tio], cui subjungit epilogum, qui etiam in textu Anglo-Saxonico occurrit. Monet *Thorkelinus* in excerptis suis, versionem legum Canuti, quam hic codex continet, omnino congruere cum ea, quæ invenitur in alio codice Cottoniano, nempe Claudiano D. II, si præfationem modo excipias. Præfationem, intellectu interdum admodum difficilem, nonnullis locis inextricabilem, quam ille codex exhibet, in notis nostris litera *D* insignitus, hic sistimus:

"*Leges, quas dicunt* Edwardi *regis, ex* Cnudi *primum institutione diductas esse, sicut ab antiquis accepimus, compendiosa posterius brevitate transcurrimus.* Cnudus *iste,* Daciæ *simul* & Norvegiæ *princeps, cui regnum etiam* Angliæ *suis laudibus adjecisset, non se ei tyrannum aut portentorum aliquid exhibere voluit, sed beata mitis placiditate diram cupiditatis et malorum fœditatem continentie salutaris gratia mitigauit, tanto sibi subditos ampliori dilectione celebrans, quanto eos in patrie defensionibus presenserat acriores. Communi denique commodo prouidus et saluti, omnem regnorum ejus sapientiam, meritorum potius quam personarum estimatione, quanta potuit sollicitudine congregare curauit, memorabilem cum eis synodum, in secula successiva profuturum deo, grata consideratione diffiniens: generaliter et principaliter in universum, quod ad sanctam matrem ecclesiam pertinere videbatur; secundo loco de statu et agendis regni ejus, in opprimendis vitiis et augendis virtutibus, quicquid diligens sapientum indagatio valuit perscrutari.*

Habitum autem est et omnium comprobatione signatum sanctum hoc et

venerabile comitium ad laudem et gloriam dei, *congregatis apud* Wintoniam *totius* Angliæ, *Datiæ, primatibus in natali domini; cui tantum ab omnibus observancie studium inimpensum est, ut siquis hoc tercia(?) temeritate perverteret, communi decreto pate*) reus esset omnium, que haberet. Omnibus itaque solempniter et salubriter institutis in purgandis animi vitiis, non inpune gentibus cruciandis pax quesita videtur; tantis se gaudiorum voluptatibus et tantis* Cnudus *subtraxit illecebris* Romamque *celebris peregrinus aduenit, eternumque sibi nomen per secula fecit; ubi quanta in omnibus benignitate claruit, quantum ibi genti nostre principatum meruit, recentum semper exemplorum continuis allegationibus habundamus.**) Inde copiosa laudis ac dilectionis prosecutione reuersus, bonorum omnium testimoniis ornatus, felicem per omnia vitam glorioso fine compleuit; et obtinuerat***) sibi regnum* Angliæ Haroldus *et* Hardacnutus, *digni tanto patre filii, miram paterne dulcedinis fragrantiam circumquaque redolentes, quorum sane temporibus ita paterne libertatis amplioris incrementa sentiret. Tandem revocato* Eadwardo, Adelredi *regis filio, mediante* Alvino, Wintoniensi *episcopo* & Godwino *comite, convocatis apud* Hurtesheue *totius* Anglie *Baronibus, ita demum in regem suscipiendus auditur, si eis* Cnudi *leges et filiorum ejus inconvulsa stabilitate suo tempore mansuras, juramenti satisfactione sanciret. Hic vero felicibus sublimatus auspiciis, magno veritatis et justitie documento, rex imperium et quicquid in humanis hodie malum videtur ac miserum fortiori felicitatis euertit augmento, sic ad omnia virtutum ornamenta compositus, ut, quod mirum est, communi omnium voto regnaret. Hinc sunt ille leges, illa pacis federa, quo semper* Angligenarum *corda suspirant et modis optant omnibus, quicquid suspecta dominorum commenta nouitent* & *raro boni completa promissio. Crebris namque virtutum naufragiis et habundantia scelerum saginata licentia tantis calamitatibus ac molestiis, inprobitatibus, mundi attentur, ut rupto veritatis instinctu fieri conqueratur; immo omnium animis, metu et miseriis certa trepidacione confusis, diram fallendi sedulitatem superintemptat, siquid et salubri pietatis recordatione preparetur; pene dixerim, omnis gratia veritatis exoletos, velut eam pariter sacrilega condempnatione prescripserint et simplum fraudis exactum triplis bene meritorum exhibitionibus preferant, et quia nunc pessimis corruptelis vivitur, profecto ferendis legibus opus est et ex malis moribus bonas leges procreari. Quicquid corpus et animum frequentioribus miseriis concutit, quicquid auditionis male gemitus et popularis invidie adnectit, perquisitius honoratur. Regis tamen* & Normannorum *ducis, augusti domini nostri Cesaris* Henrici,****) *magni* Willelmi *filii, serena tempora fatigatis jam nobis, et pene deficientibus pacis ac felicitatis antiqua noticia, gaudia reduxerunt, qui libertatem ecclesie, securitatem patrie, pretium virtutibus, gratiam laboribus, gaudia merentibus, suffragia poscentibus pia miseratione respexit; qui* Gallorum *levitatem,* Normannorum *pugnas,* Britannorum *furias,* Denomannensium *jactantiam,* Flandrensium *vanitatem,* Teutonicorum

---

*) Legendum fortasse: *patrum.*

**) *abundamus.*

***) *obtinuerant?*

****) Henricus primus, Guillielmi conquestoris filius.

majestatem, Ponteu*) *perfidiam*, Andegauis**) *perjuria*, Pictanorum***) *ludicra; qui* Danorum *minas*, Hibernie *barbariam; qui multorum lacessentes triumphavit ineptos*****) *et rapinas abstulit, quique diu miseram redemptionis nostre stipem cum gaudio receperant, tributa nobis tributorum multorum multiplicato fenore reddiderunt, quique nostro sepius acerocitarunt funeri, carcerum tediis et miseria senuerunt.* — *Quid* Roberti *fratris ejus infausta navigia*,†) *quid* Roberti de Belesmo††) *presumtam rebellionem, quid audacis* Montolii†††) *famosa molimina, quid tot virorum principum timenda subsidia, quid incendia* Bajocarum,††††) Cadumi*] *nequitiam*, Falesii *constantiam*, Divensium**] *cruciatus*, Rothomagi***] *concordiam, quid paucorum veritatem, quid multorum pravitatem, quid fraternas (?) acies decertasse commemorem? Si bellorum casus, proditorum dolos, temptationes exteras, domesticorum insidias, si triumphata sepius incommoda, si celebranda virtutum preconia, si multas persequentium turbinum legiones perpessas accumulem, tedium legentibus, vel tanti regis laudibus detrimenta vereor induxisse. Hunc hospitem sine dampno suscipimus, nunc vel tranorum monstra, falconum circinnia, decurionum torcias et nebulonum furias et infinita malorum discrimina, dei miseratione mansura securitate non timemus. Hic molestias et multiplices potentum injurias, famosi quondam senatus exhibitionem terminamus. Hujus pacem et justitiam fedis gra....onum improbitatibus et malis utinam necessitatibus sine pretio subrogamus. Et pristino licet imperio rebellica cuncta subegerit et quid vere magnum est, pace solidaverit, nullum mentis misere virus inhorruit, sed favore proprie majestatis et deo grate conjugis*****] *admonitione multaque consiliorum ratione firmatus, dulci morum facultate super omnia meruit honorari. Quem licet ad summum laudis cumulum gloriosa provehant exempla natalium, tanto tamen singulos singulari meritorum prerogativa precedit, ut ejus legem deinceps infinitis seculorum decursibus posterorum posteri publica satisfactione requirant; qui non solum lagam regis* Edwardi *nobis reddidit, quam omnium gaudiorum delectatione suscepimus, sed beati patris ejus emendationibus robora tam propriis institutionibus honestavit, in omnibus, que dei sunt & vite vel virtutis et que per arenteis rivulos probitatis fluvia passim diducta sunt, hic in unum bonitatis alveum redundare videamus, ubi prolis inclitæ generosæ propagines*

---

*) Pagus Pontivus — Ponthieu in provincia Picardia.

**) Haud dubie legendum: Audegavæ ɔ: Angers s. Anjou.

) Lege: Pictauorum ɔ: incolarum Pictaviæ (Poitou). *) *ineptias?*

†) Auctor hic mentionem facit Roberti, ducis Normanniæ, regis Henrici I[mi] fratris, qui licet major natu tamen Guillielmo Rufo non successit, quum absentia ejus in terra sancta Henrico fratri occasionem dederit regnum capessendi. Postquam Robertus e terra sancta reversus erat, in Angliam classe trajecit anno 1101, qui quidem eventus ideo "infaustus" prædicari poterat, quod inde initium ceperit infortunium Roberti, qui anno 1106 a fratre captus carceri traditus est, ubi per annos XXVIII usque ad dies vitæ permansit. Vid. *Hume* history of England, vol. I. chap 6.

††) Robertus de Bellesmo, comes Shrewsburyensis, erat inter potentissimos asseclas ducis Roberti. †††) Num Montilii — Montelimart? an forte nomen viri — Montolieu?

††††) *Bajocæ* (Bayeux) oppidum Normanniæ, quod rex Henricus anno 1105 expugnavit. *Falesia* (Falaise) vero hoc eodem anno regi fortiter restitit. *] Cadomus — Caen.

] Divenses, incolæ Diviæ — Dijon.† *] Rothomagus — Rouen.

****] Regina Henrici Mathilda, regis Scotiæ Malcolmi III[tii] filia, e stirpe veterum regum Angliæ oriunda, a regis Henrici subditis Anglicanis summo amore excepta erat.

umbram fessis potumque sitientibus grata perpetuitate conciliant. Et si tantis dicendorum copiis non aspirem, tamen bone voluntatis affectum monstrare disposui, memor, sydonianum salvatorem Jovi quondam placuisse.

Hujus igitur operis primum librum transtuli, secundum collegi, et amplius evagatus quarundam causarum necessaria capitula, cotidianis decertationibus apta subjunxi. Quod in quinque libellorum diasalmate (diaspalmata) titulavi, sicut antiqua patrum disciplina predocuit vel sicut nova modernorum solertia castigavit. Primus liber continet leges Anglicas in latinum translatas; secundus habet quedam scripta temporis nostri necessaria, tertius est de statu & agendis causarum; qvartus est de furto et partibus ejus.) Hec sunt instituta Cnudi regis* &c. &c.

3) ex textu Roffensi, qui sub rege Henrico 1[mo] ab Ernulfo, episcopo Roffensi († 1124), conscriptus esse fertur.**) Incipit collatio cum textu Roffensi *(Roff.)* primum a capite 84[to], ubi cessat textus Anglo-Saxonicus, quippe quum *Hearnius*, haud secus ac ille descriptor, cujus exemplar secutus est, antecedentia prætermiserit, ratus nimirum hæc ex legum Canuti editionibus, quæ typis mandatæ sunt, satis cognita esse. Quum hoc, quod nobis relictum est, textus Roffensis fragmentum a codice Colbertino modo parum discedat, admodum verosimilis est Ancheri conjectura, aut alterum ex altero esse exscriptum, aut communem utrique fuisse fontem.

4) ex versione antiqua, quam servat chronicon Jornalense, quod Johanni Bromtoni vulgo, sed minus recte tribuitur. Invenitur hæc versio in collectione scriptorum historiæ Anglicanæ, quam edidit *Roger. Twysden* Londini 1652, in fol., p. 914–931. Accedit hæc versio propius ad Cod. D et finitur quoque, ut hic, capite 83[to], addito epilogo notissimo. Versionem hanc in notis litera *B* insignivimus.

5) ex versione denique antiqua, quæ in collectione Conciliorum ecclesiæ Britannicæ ab *Henrico Spelmanno* edita Londini 1639 fol., Tom. I. pag. 560 sqq., hoc sub titulo: "Prisca versio legum istarum Canuti regis ut habetur in MS. regio, in minutiis pluries dispar a Jornalensi, aliquoties etiam in majoribus." Variantes hujus versionis rarius attuli, quum quia in gravioribus cum Jornalensi et sæpissime verbotenus congruit, tum quia legis sæcularis ea modo capita Spelmannus typis mandavit, quæ res ecclesiasticas quodammodo tangunt; hæc vero numerum 24 non excedunt. Hæc versio in notis sub litera *S.* occurrit.

Cæterum variantibus ex hisce versionibus colligendis magnam difficultatem versionum ipsa indoles præbet, quum fere omnes non solum hoc vel illo verbo, una alterave linea discrepent, verum sæpius periphrasi utentes sensum, si non plane

---

*) Quædam deesse videntur. **) Vide præfationem *Hearnii* p. XXXV. cfr. *Wanleii* catalog. libror. ad literatur. septentrional. pertinent. p. 273.

diversum, tamen non omnino eundem exhibeant. Quare interdum necesse fuit, ut integra capita exscriberem atque in notis afferrem; aliis locis differentias, quæ minoris esse momenti mihi viderentur, silentio præterii; quodsi in his aliis justo majus, aliis forsitan minus præstitisse videar, non mirabor; qui vero rem accuratius perscrutatus fuerit, inveniet, ut spero, me haud facile aliquid omisisse, quod majoris ponderis esset, quatenus ex apographis, quæ mihi ad manus erant, et impressis versionum editionibus, haurire liceret. Facile itaque concedimus, aliis, quibus ad ipsos codices aditus patebit, messem largiorem evenire posse.

Addidimus porro eum textum Anglo-Saxonicum legum Canuti cum variantibus, quem edidit celeb. *Wilkinsius*. Hunc textum emendare aut novis adjectis variantibus illustrare, nostri non erat, quum nec ad codices aditus nobis pateret, nec exigua, qua gaudemus, linguæ Anglo-Saxonicæ peritia tali conamini ullo modo sufficeret. Quod dum aliis perficiendum reliquimus, qui et linguæ et legum Anglo-Saxonum penitiorem habeant cognitionem, non tamen suis locis animadvertere omisimus, ubi textus Anglo-Saxonicus a versione codicis Colbertini valde discrepet, nec non interdum, ubi versio Wilkinsiana apertis vitiis laborare nobis visa sit.*) Cæterum lectores monitos esse velim, ordinem capitum textus Anglo-Saxonici interdum a me mutatum esse, quippe quum non omnino conveniat cum versione codicis Colbertini, cujus accuratam editionem præcipue respexi; capita duplici igitur numero instruxi, quorum alter, parenthesi inclusus, ordinem capitum in editione Wilkinsiana ostendit. Nonnulla capita, quæ in versione desiderantur, restitui ex Cod. D.; hæc autem, ut ab ipsa versione codicis Colbertini distingui queant, stylo minori excudi curavi.

Notulas demum hic illic inspersimus, quibus nonnulla verba obscura aut barbara pro virili illustrare conati sumus. Operæ quidem pretium foret, commentario perpetuo leges Canuti instruere, quod tamen et virium imbecillitas et fines angusti programmatis, cui hæ plagulæ inserviunt, vetuerunt. Hoc solum nobis propositum erat, ut hoc opusculo et ostenderemus, quænam adhuc supersint præsidia ad leges Canuti rite edendas atque interpretandas, et simul desiderium eorum, quibus leges antiquæ curæ cordique sunt, quodammodo sublevaremus, curantes legum Canuti editionem, quæ, ut speramus, alicui usui harum rerum studiosis esse possit, donec alius, profundioris doctrinæ apparatu instructus et ipsis fontibus propior, legibus Anglo-Saxonum debitam impenderit operam, quod ut brevi fiat, ex animo optamus.

*) **Indigitatur in notis textus Anglo-Saxonicus litera A sive AS. et versio Wilkinsiana, lit. W.**

Hic incipiunt Leges Cnuti, Regis Anglorum, Danorum & Nororum, viri justissimi & probatissimi.

Quoniam [1]) apud antiquos, ut auctoritate priorum didicimus, Anglia multorum regum fulta erat presidio, singulis regibus singulis regionibus presidentibus, diversis etiam legalium consuetudinibus utebantur; que quidem sub paucitate vel unitate regiminis per diversas regiones diverse permanserunt, unde et plebeie [2]) usque in hodiernum diem permanserunt, et immutate perduraverunt. Poſtquam autem Cnutum, Regem justissimum, totam Angliam obtinere contigit, rationabili consideratione decrevit, quatinus sicut uno rege, ita et una lege universum Angliæ regnum rege-

1) *Hæcce præfatio omnino deest in Cod. H. Præfationem, quæ in Cod. D. occurrit, in præfatione nostra, hunc codicem describentes, attulimus.*

2) plebejæ, *populares*; *populo acceptæ*.

retur. Convocato itaque comitum procerumque nec non & cetere nobilitatis sapientieque totius Anglie concilio, satagebat communi decreto, ut, in quantum humana ratio valuit, ea, que justa fuerant, stabiliret, que autem in parte oberraverant, corrigeret, ea vero, que omnino a rectitudinis tramite deuiauerant, exstirparet penitusque eradicaret. Quia vero omne jus ad eum referendum est, a quo omnis justitia, quippe qui docet hominem scientiam, divinaque humanis præponenda sunt, ecclesiastice vero institutiones sinodorumque conuentus apud Anglos inusitati adhuc fuerant, ne quis ordo in regno suo titubaret, primum de ecclesiastico, deinde de seculari jure, tractare incepit, sic dicens:

(Incipiunt decreta Cnuti Regis.)

Hæc [1]) est consolatio, [2]) quam Cnutus totius Angliæ, Danorum et No-

---

1) *Incipit Cod. H. ita:* Incipit lex, que Anglice Danelage est vocata, latine uero Lex Dacorum est interpretata; ab inuictissimo et glorioso rege Anglorum, Dacorum, Norwageuorum, Sueuorum, Chnuto, instituta et diligenter custodita. — *Sequuntur nunc verba:* Hæc eſt institutio &c. — *In Codd. D.B.S. ita sonat legis introitus:* Hec sunt instituta Cnudi, regis Anglorum, Danorum, Norwegarum, venerando sapientum ejus consilio, ad laudem et gloriam dei et suam regalitatem et commune commodum habito (habita B.) in sancto natali domini apud Wintoniam, diligenter ac fideliter in latinum translata, compendiosa brevitate cum simplicitate lucida, velut suis astericis illustrata. Unde quantam (qvarundam S.) rerum et verborum affinitatem, paucorum adjectione vel omissione, curaverim, facile sobrius lector agnoscet. Sequuntur et aliorum jura regum plurimorum, de quibus teneri liceat quicquid ista contemplatione non discrepat. Cap. 1mum &c.

2) *Num legendum* consiliatio?

rorum [1]) rex, consiliatus est cum suis sapientibus apud Wintoniam Deo ad laudem & sibimet ad regiam dignitatem & expeditionem; [2]) legat quilibet utrum malit, sive secularem legem, sive divinam [expeditionem].

---

1) *id est: Norvegorum.*

2) *id est:* commodum.

Hec est institutio, quam Cnutus rex decreto [1]) principum suorum sapientium ad laudem Dei et honorem ecclesie, [2]) et dignitatem sui ipsius, et ad utilitatem [3]) totius regni sui, cui preerat, instituit. Hoc [4]) autem factum est in natali Domini apud Wintoniam.

(Leges ecclesiasticæ.)

1. *Primum de Deo & ecclesia.*

Primum [5]) quidem, ut supra omnia unum [6]) Deum diligerent [7]) & honorarent, & unam Christianitatem [8]) tenerent, & ecclesiam [9]) Dei tutarentur, [10]) pacificarent & frequentarent, regemque suum recta fide amarent.

2. (2. 3.) *De pace ecclesie tenenda.* [11])

Omnis itaque ecclesia secundum normam justitie debet esse in [12]) pace & securitate Dei, [13]) et omni Christiano convenit maximam reverentiam exhibere ecclesiis Dei. Pax enim et securitas Dei summa diligentia promovenda [14]) est, dein pax et securitas regis, quare equissimum est, ut pax ecclesiarum Dei infra parietes, & pax data manu [15]) regis semper stet inviolata, et [16]) qui aliquam ecclesiarum [17]) scilicet aut regis pacem fregerit, careat omnibus bonis suis et vita, nisi rex illi [18]) parcere voluerit. Quod si [19]) aliquis pacem ecclesiarum Dei ita violaverit, ut infra [20]) parietes homicidium faciat, hoc sit inemendabile, persequetur-

---

1) consilio H. 2) H. *om.* ecclesie et dignitatem. 3) profectum H.
4) *Quæ sequuntur des. in H.* 5) Inprimis quod super &c. H.
6) vellet semper unum deum colere, amare, honorare D.H. 7) diligamus &c. B.
8) fidem Christi unanimiter seruare H. 9) ecclesias H.
10) in pace et in securitate custodire easdemque sepius frequentare pro quiete et stabilitate regni sui proque salute corporis et anime sue D.H. 11) D.H. *om.* tenenda.
12) D.H. *add.* propria. 13) Christi A. 14) promerenda et tenenda H.
15) D.H. *add.* Christiani. — pax, quam rex manu sua dederit B.S.
16) B. *om.* et.....voluerit. 17) ecclesiam H. 18) condonauerit H.
19) H. *add.* deinde. 20) A. *add.* ecclesiæ.

Ðis is seo gerædnes. ðe Cnut Cyning ealles Englalandes Cyninge. and Dena Cyning. and [1]) Norþrigena Cyning. mid his vitena geþeahte gered. [2]) Gode to lofe and him sylfum to cynescippe. and folc [3]) to ðearfe: and þat væs on ðæm halgan midvintres tide on Vintanceastre.

1. þat is ðonne ærest. þat hio ofer ealle oþre þinge ænne God æfre voldan lufian. [4]) and ænne Cristendome anrædlice healdan. and Cnut Cyng lufian. and vurþian mid rihtan getrivðan.

2. And Godes cyrican griþian. and friðian. and gelomlic secean, savlum to hæle. and us sylfum to ðearfe. Ælc cyrice is mid rihte on Cristes agenan gryþe. and ælc Cristen man a mycele ðearfe. þat he on ðam gryþe mycele mæþe vite: For ðam Godes gryþ is ealra griþa geloſt to geearnianne. [5]) and geornost to healdenne. and ðærnyhst Cyninges: Ðonne is sviþe rihtlic. þat Godes cyricgrið binnan vagum. and criſtenes Cyninges handgriþ stande efer unvemmed. And se ðe aþor fulbrece. ðolige landes. and lifes. buton him [6]) se Cyninge gearian ville. And gif æfre ænig man heonon forþ Godes cyricgriþ sva abrece. þat he binnan cyricvagum manslaga veorþe. ðonne is [7]) þat botleas. and ehte his

---

1) *Cott. om.* and Norþrigena Cyning.

2) gerædde *Cott.*

3) *Cott. om.* folc.

4) *Cott. add.* and vurðian *ex lin. seqq.*

5) geearnigenne *Cott.*

6) *Cott. om.* him.

7) *Cott. hic & sæpius pro* is *vel* sy *habet:* sig.

que[1]) talem omnis, qui voluerit Dei esse amicus, ni[2]) hoc fiat, ut effugiat & talem locum aut hominem requirat, pro quo[3]) vel cujus requisitione rex ei vitam concedat, attamen ad plenam emendationem. Si autem ad plenam[4]) emendationem evenerit, et rex hoc permiserit, antea[5]) omnem ecclesie pacem fractam pleniter emendet secundum[6]) plenam forisfacturam,[7]) quam Angli nominant *mundbreche*,[8]) & ecclesie[9]) reconciliationem acquirat; & plenam emendationem parentibus[10]) et domino occisi persolvat, quam Angli *Metibote*[11]) et *Manbote*[12]) dicunt, & super omnia Deo satisfaciant[13]) pro perpetrato peccato secundum[14]) decretum episcopi.

Sin aliter de[15]) vivis pax ecclesie violata fuerit vel[16]) pugnando vel rapiendo vel quomodocunque[17]) sit, inprimis fiet semper emendatio ecclesie secundum qualitatem et dignitatem ejus. Non enim sunt omnes ecclesie Dei

---

1) persequaturque H.

2) nisi contingat, ut per aliquid pacis confugium rex ei uitam concedat plenis emendationibus erga Deum et homines, & hoc tunc inprimis sit (sic B.), ut pretium natalis sui Christo persoluat et regi, et per hoc se inlegiet ad emendandum. D.B.S. *(Inlegiare* ɔ: *legi restituere; se inlegiare, in gratiam cum lege redire; opponitur huic voci: utlagare, exlagare).* 3) qua re Rex uita condonet. H. 4) D.H.B.S. *om.* plenam.

5) ante omnia H.

6) H. *om.* secundum. — in ipsam ecclesiam plena regis mundbrice S.

7) *Forisfactura, mulcta ob delictum commissum; sæpius ipsum delictum significat* (Gall. forfait).

8) mundbrice D. *Hoc proprie significat: potestatem fractam, sive auctoritatis v. majestatis læsionem: Sic* mund *apud Islandos manum significat et hinc notio potestatis.*

9) *Ecclesiæ reconciliationem* ɔ: purgationem (mynstres clænsunge).

10) *parentibus* ɔ: cognatis.

11) Mundbote H.D. Misbotam B. Magbotam S. *Vera lectio* mægbote *esse videtur, ut in textu Anglo-Saxon.*, ɔ: *compensatio, quæ debetur propinquis occisi; Isl.* magr, *Angl. Sax.* mæg, *nostrum* maag, *cognatum significant.* 12) *Nostrum* Mandebod.

13) *Legendum: satisfaciat.* 14) In *A. nulla fit mentio decreti episcop.*

15) sine interfectione pax &c. B.S. 16) sit per pugnam, sit per roboriam D.

17) per quicquid fit H.

ælc ðara ðe Godes freond sy. butan þat geveorþe þat he ðanon ætberste. and sva deope friþsocne gesete. þat se Cyninge him ðurh þat feores geunne við fulre bote. ge við God ge við men. And þat is þonne ærost. þat he his agenne ver Cryste and þam Cyning gesille. and mid ðam hine sylfne inlagie to bote. and gif hit ðonne to bote gega. and se Cyninge þat geþafige. þonne bete man þat cyricgrið into ðare cyrican. be Cyninges fullan mundbryce. and ðas mynstres clænsunge begyte. sva ðær to gebyrige. and ægþer ge mægbote ge manbote fullice gebete. and við Gode huru ðingie georne.

And gif elles be[1]) cvicum mannum cyricgriþ abrocen sy. bete man georne beo þam ðe seo dæde sie. sy hit þurh feohtlac. sy hit ðurh reaflac. sy ðurh þat þe hit sy. Bete mon ærest þonne griþbryce into

---

1) *Lamb. om.* be cvicum mannum.

unius ejusdemque [1]) honoris, quamvis unam [2]) habeant consecrationem. [3])

3. *De principalibus ecclesiis.*

Principales vero [4]) ecclesie, sicut [5]) archiepiscopatus et episcopatus, [6]) hanc emendationem violate pacis secundum legem Anglorum debent habere: *mundam* [7]) regis, hoc est V [8]) libras: secundum [9]) certe [10]) legem Danorum, octo [11]) libras.

4. (3.) *De mediocribus ecclesiis.*

Mediocres autem ecclesie, ut [12]) abatie & canonicatus, juxta forisfacturam regis, videlicet CXX [13]) solidos, hoc [14]) est quatuor libras.

5. (3.) *De minoribus ecclesiis.*

Minores quidem ecclesie, hoc est [15]) ubi [16]) seruitium fit, & tamen cimiterium [17]) habent, LX [18]) solidos, hoc [19]) est tres libras.

---

1) A. *add.* terreni. — omnes ecclesiæ parem emendationis dignitatem habent, quamvis &c. B.S.

2) H. *add.* eandemque. 3) sanctificationis benedictionem B.

4) autem sunt episcopatus &c. H. 5) B. *om.* sicut........episcopatus.

6) H. *add.* et Abacie.

7) Monta H. — Munda regis *forsan significat: vim et potestatem regis, hic proprie in mulcta pro fracta pace exigenda, vid. supra p.* 6 *not.* 8.

8) decem libr. in Anglorum laga B. *& om. cætera.*

9) D.S. *om.* fecundum.......libras. — fecundum Anglorum leges; et in terra Cantii pro violacione pacis V libras regi et III archiepiscopo. A. 10) autem H.

11) VII. H. 12) D.H.B.A. om. ut.....canonicatus.

13) *Sic in omnibus Codd.; noster male habet XCC.* — CXX solidos id est wita Regis D. — II libras hoc est secundum forisfacturam Regis. H.

14) A.B. *om.* hoc....libras. 15) D.H. *om.* hoc est.

16) ubi parum *(parvum?)* servicium fit D.H. *Vox:* parvum *juxta textum A.S. addenda est. In B. legitur:* ubi parva parochia sit. 17) atrium D.B.

18) forisfactura est XX. solidorum H. forisfactura est LX. solid. D. — *Cod. noster male XL. sol.* 19) A. *om.* hoc......libras.

ðære cyrican. be þam ðe seo dæde sy. and be ðam ðe ðære cyrican mæþ sy: Ne synd ealle cyrican na gelicre mæþe veorudlice [1]) vurðscipes vyrþe. þeah hig godcundlice habban halgunge [2]) gelice.

3. Heafodcyricum [3]) griþbrice is æt botvyrþum þingum be Cyninges munde. þat is mid fif pundum on Englalage. and [4]) on Cent lande æt þam mundbryce V pundum þam Cingce and þreo þam Arcebisceop.

4. And medemran mynstres mid CXX scill. and þat is be Cyninges vite.

5. And þonne gyt læssan ðær lytel ðeovdom sy. and legerstov þer [5]) sy mid LX scill.

---

1) veruldlice veorþe vyrþe &c. *Lamb.*

2) halsunge. *Cott.*

3) mynstres. *Cott.*

4) *Lamb. om.* and......Arcebisceop.

5) þeah sig mid &c. *Cott.*

6. (3.) *De minimis.*

Minime [1]) vero ecclesie, quas [2]) Angli *feldcherche* [3]) dicunt, carentes [4]) cimiterio, XXX [5]) sol.

7. (4.) *Capitulum.*

Omnibus itaque christianis justissime decet cum summa diligentia venerari reliquias sanctorum, [6]) ordinatos, [7]) et domos sanctificatas, et unumquemque ordinem, secundum mensuram suam et vitam ferentis, [8]) honorare. Propterea, qvi vult, cognoscat [9]) multum est [10]) et magnum, quod [11]) sacerdos habet [12]) ad faciendum populo in [13]) necessitate, qui domino suo desiderat et studet juste placere. Magna enim est adjuratio [14]) & major consecratio, que [15]) demonia ejiciunt et in fugam vertunt, quotiens infans baptizatur aut corpus domini consecratur; certe angeli circumvolant, et per [16]) Dei virtutem sacerdoti auxilium prebent, facta muniunt, quotiens Christo digne serviunt. Ipse [17]) tamen presbyter, si calumniatur, [18]) usque ad judicium

1) Campestris D. 2) ubi non sit atrium, XXX solid. D.B.

3) *Ecclesiæ rusticanæ*, *a* fild, *agro*, *campo*, *observante Rostgaardio.* — B. *habet:* ecclesiæ campestres. 4) H. *om.* carentes cimiterio. 5) octoginta denarii H.

6) sanctuaria, ordines et deo dicata loca summa discrecione, tota devotione pacificare, custodire, venerari juxta modum singulorum. Et qui scit intelligat, magnum (B. *add.* est) et mire perpetuum (mirum præcipuum B.), quod ad velle Dei pro salute populi faciendum credit (creditur B.) sacerdoti, et magna conjuratio multaque benedictio est, que propellit diabolum et in fugam redigit, quoties, divina cooperante potentia, beatorum spirituum prosequente custodia, per manus temporalium sacerdotum sacri baptismatis vel Eucharistie sacrosancta mysteria celebrantur. D.B. & *om. cæt.*

7) ordinaciones H. 8) H. *om.* ferentis. 9) H. *om.* cognoscat.

10) *Haud dubie legendum:* esse. H. *om.* est. 11) quia H.

12) H. *om.* habet. 13) ad profectum qui suo domino desiderat et studet placere H.

14) halsung A. *quod Wilkinsius per:* exorcismum *interpretatus est.* 15) qua H.

16) pro Domini virtute H.

neatur [1]) et vadat per totam [2]) Angliæ terram sine [3]) falsitate, quam nullus deitiat; [4]) et qui dehinc inventus fuerit, falsum fecisse, careat [5]) manibus, cum quibus falsum fecit, et nulla pecunia eas redimat, nec auro, nec argento. Et si vicecomes [6]) calumpniatus fuerit, quod [7]) per ejus licentiam fecisset, quod fecit, purget se triplici purgamine, [8]) quod Angli vocant *þrefeald lade*, sacramenti [9]) aut [10]) igniti ferri, quod Angli vocant *ordel*, et si ceciderit in purgamine, [11]) sustineat, quod falsus monetarius sustinuit.

8. (9.) *De Mensuris et ponderibus justis.*

Mensuræ et pondera per totum regnum Angliæ ita corrigantur, ut sint recta. [12])

10. Burhbotam & Brigbotam, et Scipforðunga & Fyrðunga, que navigii vel expeditionis sonant apparatum, sedulo procuremus, necesse cum fuerit ad commune regni nostri commodum.

11. Et perquiramus simul modis omnibus, quomodo precipuum possit consilium obtineri ad profectum populi rectaque christianitas propensius erigi, quicquid injustum est, solertius enervari.

9. (12.) *De* [13]) *lege Vestsexe.*

Hec [14]) sunt consuetudines [15]) regis [16]) super omnes homines, quas

1) H. *om.* teneatur et.
2) totas nationes D. totas has nationes B.
3) cum facilitate (?) H. sine omni falso B.
4) Dejiciat ɔ: *rejiciat*, *reprobet; in cod. D.B. legitur:* repudiat.
5) perdat manum &c. B.
6) H. *add.* meus vel præpositus ville aut civitatis. — Prepositus D.B.
7) H. *add.* falsator.
8) purgatione sacramenti aut igniti ferri, quod &c. H. lada et si &c. B.
9) H. & A.B. *om.* sacramenti.....ordel.
10) purgacionem fregerit, inde judicium habeat quod qui falsum composuit. B.
11) purgacione H.
12) unita H. — *Desiderantur hic et in Cod. H. cap.* 10 & 11 *textus Anglo Saxonici*, *inveniuntur autem in Codd. D. et B.*, *unde huic loco ea inserimus.*
13) Diversitas consvetudinum Anglie H.
14) hec H.B.
15) jura que rex habet in Mercenis et Westsexe. B.D. *Consuetudines* ɔ: *præstationes ad quas alicui jus competit.*
16) reges quas habent CX (*in?*) Westsexe super omnes homines, forisfactura &c. H.

and seðe ofer ðis false vyrce. ðolige ðære handa ðe he þat false mid vorhte. and he hig mid nanon [1]) ðingon ne gebicge. ne mid golde ne mid seolfre. And gif man þonne ðæne gerefan teo. þat he be his leafe þat false vorhte. ladige hine mid ðryfealdre lade. and gif seo lad ðone berste: hæbbe þonne ylcan dom ðe se þe þat fals vorthe.

8. (9.) And gemeta and gevyhta rihte man georne. and ælces unrihtes heonon forþ gesvice.

(10.) Burgbote and bricgbote [2]) and scipforþunga. agynne man georne. and fyrþunga [3]) eac sva a þonne þearf sy for gemenelicre neode.

(11.) And sneaga man symle on æghvælce vysan. hu man fyrmest mæg ræd aredian ðeode to ðearfe. and rihtne cristendom svyþost aræran. and æghvilce unlaga georna afyllan. For [4]) ðam ðurh þat hit sceal on earde godian to ahte þat man unriht alecge. and rihtvisnesse lufige for Gode and fore vorulde.

9. (12.) Ðis syndon ða gerihta ðe se Cyning ah ofer ealle men

1) nanum ðingum. *Lamb.*

2) *Lamb. add.* heonon forþ.

3) fyrþunga *Wilkinsius male vertit per apparatus domesticos.*

4) *Quae sequuntur, in versione desiderantur.*

habet in Vestsaxe: forisfacturam, quam Angli vocant *mundbreche*,[1]) *hamsocne*,[2]) hoc est invasio in[3]) propria domo aut infra curiam,[4]) causa alicujus mali; *foresteal*,[5]) quod nos possumus dicere[6]) dimissionem[7]) belli; hee sunt, inquam, consuetudines regis,[8]) nisi rex velit aliquem honorare dando[9]) ei, quod sui juris est.

10. (12. 13.) *De opere expulsorum.*

Si quis fecerit opus expulsi,[10]) quod Angli vocant *utlages veorc*, videat[11]) rex de pace; verum si ipse habet alodium[12]) suum,[13]) totum[14]) sit regis, cujuscumque sit homo, et qui exulem[15]) paverit post[16]) expulsionem, quod Angli dicunt, *fede oðe forðie*,[17]) det regi[18]) C solidos, nisi se purgaverit, quod illum nescisset expulsum clamatum,[19]) quod Angli dicunt *gecydne utlage.*[20])

---

1) B. *add.* i. e. infractionem pacis. 2) homsocne H.

3) mansionis, forstal &c. B. 4) Curia, *atrium sive locus septus ante ipsam domum.*

5) forestal, prohibitionem itineris; fyrdunga i. est expeditionem, nisi *(rex)* aliquem amplius honorare (honorari B.) velit. D.B. & *om. cæt.* — Forstal and flymena fyrmðe and fyrdvite A. (surreptionem, fugitivorum susceptionem et militiæ detractatæ mulctam W.) *Satis apparet, in Codice nostro lacunam esse, quum versio: dimissionem belli vix respondeat voci* foresteal, *quam male vertit Wilkinsius per surreptionem, haud dubie autem recte Phillips p. 94. Not. 294. per obstructionem viarum, prohibitionem itineris. (cfr. Cod. D.) Quadrat autem quadamtenus versio codicis nostri in vocem fyrdvite vel ferdvite, quæ in textu Anglo-Saxonico occurrit.*

6) dare: contrastacionem causa mali; ferdwite, quod nos possumus dare: dimissionem &c. H.

7) Dimissio belli ɔ: *detrectatio militiæ.* 8) regni *(?)* H.

9) et ipsi dignitatem quandam concedat, *vertit* W., *perperam vero, quum sensus legis est: nisi rex talem dignitatem* ɔ: *simile jus mulctas exigendi, ei concedat.*

10) utlagii B. & *om.* quod....veorc.

11) ejus revocatio sit (B. *add.* in) misericordia regis, verum &c. D.B.

12) terram testamentalem, quæ anglice dicitur *bocland*, ipsa in manus regis transeat, cujuscunque &c. D.B. 13) H. *om.* suum.

14) sy that forvorht þam Kyning to handa, sy ðæs mannes man de he sy. A *(male vertit W: malefactor* ille, cujuscunque *servus* fuerit, regis manibus tradatur).

15) H. *add.* quem Angli vocant *utlache.* — forsbannitum D. forisbannitum B.

16) vel ei firmationem aliquam exhibuerit, emendet regi quinque libras, nisi se adlegiet, quod infugatum eum nescierit. D.B. 17) flemene freme. fede en ferme. H.

18) fif pund A. 19) damnatum quem &c. H. — A. *om.* quod....utlage. 20) cuth utlave H.

on Vestseaxan. þat is. mundbryce. and hamsocne. forstal and[1]) flymena fyrmðe. and fyrdvite. buton he hvæne furþor gemæþrian ville. and[2]) he him ðæs veorðscipes geunne.

10. (12.) And seþe utlages veorc gevyrce. vealde se Cyning ðæs friþes. and gif he bocland hæbbe. sy þat forvorht þam Cyning to handa. sy ðæs mannes man ðe he sy. and loc hva ðone flyman fede. oþþe feormige. gylde fif pund ðam Cyning buton he hine geladige. þat he hine fleame nyste.

---

1) *Verba:* and....fyrmde *addita sunt ex Cod. Cott.*

2) *Lamb. om.* and....geunne.

In lege Mertia rex habet easdem consuetudines.

. . . .

11. (14.) *Secundum*[1] *legem Danorum rex habet has consuetudines:*[2]

Violationem[3] monetæ, quod[4] Angli vocant *feohvite*,[5] dimissionem belli, quod dicunt *ferdvite*,[6] fractionem pacis, quod dicunt *gridbrece*,[7] invasionem vel[8] in domo vel in curia, quod Angli dicunt *hamsocne*, nisi[9] rex velit dare, quod suum est.[10]

12. (14.) *De expulso pasto.*

Qui expulsum[11] paverit, aut detinuerit pacifice,[12] quod *(quem)* Angli vocant *friðlesne man*,[13] reddat regi, sicut lex est, plenam[14] emendationem, et illi, [qui[15] expulsionem et illi] qui expulsum expulit, despectum[16] suum, si ita justum est.

13. (14.) *De eo, qui leges injustas adinuenerit.*

Si quis injustas[17] leges aut[18] invenerit, aut judicaverit aut causa[19] odii aut adquisitionis pecuniæ, sit[20] reus regi XL[21] solidorum

1) In lege H. In Denalage B. 2) H. *om.* consvetudines.

3) *Cæteri codd. mulctæ ob violationem monetæ nullam faciunt mentionem, sed pro* feohvite *(proprie: mulcta pecuniæ, quippe quum Anglo-Saxonum* feoh, *Islandorum* fé, *pecuniam significat) habent* fyhtvite, ɔ: *mulcta propter pugnam commissam, vindictam privatam (faidam.)* 4) quam H.

5) fechvyte H. fyhtevita A. fyhtvitan i. est forisfactum pugne *D.B.* & *om.* dimiss....dicunt.

6) fyrdvite i. est forisfactura expeditionis D.B. (ferd *apud Islandos quoque iter, expeditionem, significat.)* 7) *Etiam apud Islandos* grid *notionem securitatis* & *pacis habet.*

8) mansionis, quod &c. B. 9) si non aliquem specialius honoraverit B.

10) *Cfr. cap.* 9 *in fine.* 11) pro culpa exulatum B.

12) emendet hoc sicut ante legitimum fuerit B. & *om. cæt.* 13) frendles (?) manne H.

14) plenam &c. *om.* A. 15) H. *recte om.* qui....illi.

16) Despectus, ɔ: *contemtus; reddere* despectum suum ɔ: *solvere mulctam ob contemtum, nempe ob contemtam ejus dignitatem, quo movente alter in exilium missus fuerit. Similis mulcta ob violatam alicujus dignitatem in legibus Danicis antiquis sub nomine* thokkabot *occurrit, quam Andreas Sunonis l. V.* 13. & *IX.* 8. *pretium contemptus appellat.*

17) unlagan (unlago B.) i. est non legem erigat vel injustum judicium judicet. D.B.

18) adinuenerit et judicaverit &c. H.

19) pro læsione vel aliqua pecuniæ susceptione, sit &c. B.

20) sit apud regem capitis æstimationis reus in Englalage A. 21) CXX. D.B.

(13.) And on Myrcean eall sva her beforan avryten [1]) is ofer ealle men.

11. (14.) And on Denalage he ah fyhtevita. and fyrdvita. and gryðbryce [2]) and hamsocne. butan he hvæne furþor gemæðrian ville.

12. (14.) And gif hva ðonne fryþleasan man healde. oþþe flyman [3]) feormige. bete þat sva hit ær lagu væs.

13. (14.) And seðe unlaga arære. oþþe undome gedeme heonon forþ. for læþþe. oþþe for feoh fange. beo se viþ þonne Cyning his [4])

---

1) gevrytan. *Lamb.*

2) gryðebrec. *Lamb.*

3) *Lamb. om.* flyman.

4) CXX scill. scyldig &c. *Cott.*

in lege Anglorum, nisi[1]) juramento affirmaverit,[2]) se rectius judicare nescisse, et[3]) postea careat libertate sua, nisi eam a regis[4]) redimat ad velle regis.

14. *De forisfactura Danorum.*

In lege Danorum erit reus forisfacturæ, quam Dani vocant *lashlit.*[5]) In lege eorum liberalis hominis *lashlit* vocant[6]) decem dimidie marce, hoc est quinque marce; bonis[7]) alodium habentis sex dimidie marce, hoc est tres marce; villani *lashlit*, quam Angli vocant *cherlman*,[8]) *XII ore.*

15. (14.) *De forisfactura vel de abnegatione justæ legis et justi judicii.*

Qui rectum[9]) judicium et justam legem abnegat, sit forisfactus[10]) ei, cui justum est. Si regi, det[11]) illi quadraginta[12]) solidos; si comiti, viginti[13]) solidos; si hundredo decem[14]) solidos; si[15]) contra omnes homines, omnibus reddat; per legem Danorum *lashlit* reddat.

16. (15.) *De accusatione injusta.*

Si quis alium injuste accusaverit, ita ut[16]) accusatus perditurus sit propter delationem[17]) accusantis pecuniam aut vitam, et accusatus se inde

---

1) H. *add.* in. 2) audeat inveritare D.B.
3) amittat dignitatem suæ legalitatis nisi &c. B. et perdat semper Thani dignitatem &c. A.
4) *Legendum* rege, *ut in Cod. H. — In* B. *legitur:* erga regem.
5) lahslichtes D B. & *om. cæt....usque ad finem capitis. Hæc quoque in textu Anglo-Saxonico desiderantur. Cæterum vox lahslite (a* lah, s. lag, *lex, et* slitta, *scindere, rumpere) in legibus Danicis non occurrit.* 6) vocatur H.
7) hominis H., *quæ haud dubie genuina lectio est.*
8) cherlman, ceorl, *twyhyndesman, homo liber, qui autem nobilitate non fruitur.*
9) rectæ legi vel justo judicio refragabit, reus habeatur erga eum, cui pertinebit; si &c. B.
10) forisfactum (?) H. 11) H. *om.* det illi.
12) CXX sol. D.B. CXX scill. A. 13) LX sol. D.B. LX scill. A.
14) XX sol. D. XXX scill. A.B.
15) sic erga singulum eorum, si sic accidit in Anglorum lege. In Denalaga *lahslyte.* D.B.
16) ut pecunia vel commodo pejor sit et denique mendacium pernoscatur, lingvam suam perdat inteutator (B. *om.* intentator) vel veregildo redimat D.B.
17) clamacionem H.

veres scyldig on Englalage. butan he mid aðe cyðan durre. þat he hit nan rihtor ne cuþe. And ðolige a a his ðegenscypes butan he hine æt ðam Cyning eft [1]) gebicge. and sva he him geþafian vylle.

14. And on Denalage lahslites scyldig. butan he hine geladige. þat he na bet ne cuþe.

15. (14.) And seþe rihte lage. and rihtne dom forsace. beo se scyldig viþ ðonne þe hit age. sva viþ Cyning CXX scill. and sva viþ Eorl LX scill. sva viþ hundred XXX scill. sva við ælc ðæra. gif hit sva geveordeþ on Englalage. and seþe on Denalage rihte lage vyrde. gilde he lahslite.

16. (15.) And seþe oþerne mid voh forsecgan ville. þat he aþer oþþe feoh. oþþe feorh [2]) þe vyrse sy. gif ðonne se oþer þat geunso-

1) *Lamb. om.* eft.

2) freme *Cott.*

purgaverit,[1]) delator sit reus[2]) lingvæ suæ, nisi persoluat delatum[3]) secundum pretium suum, quod Angli vocant *be*[4]) *his vere.*[5])

17. (16.) *De constitutione hundredi.*

Constituantur[6]) popularia placita, quæ Angli vocant *hundred*, sicut justum est et ante hoc factum est, super forisfacturam, quam lex docet, et nemo requirat regem,[7]) nisi[8]) non possit habere rectitudinem[9]) in hundredo suo.[10])

18. (17.) *De congregatione comitatus.*

Civilia[11]) placita ter in anno teneantur, et comitatus bis in anno congregetur, nisi plus[12]) necesse sit, et in illo comitatu sint episcopi[13]) et comites,[14]) qui ostendant populo et justitias[15]) Dei et rectitudines sæculi.

19. (18.) *De Nam accipiente.*

Nullus[16]) accipiat pro aliqua forisfactura quicquam, quod Angli vocant *name*,[17]) nec infra comitatum, nec extra, antequam ter justitiam in

---

1) A. *add.* þat him man on secgan volde. 2) H. *om.* reus.

3) Delatum *pro delatione usurpatum esse videtur.* 4) hehis vere (?) H.

5) Vere et vergyld (*a voce Angl. Sax. et Island.* ver, *homine*), *æstimatio capitis vel pretium hominis, significat cum mulctam, qua quis capite damnatus vitam redimere queat, tum mulctam, qua cædes hominis expianda est.*

6) D.B. & A. *om.* constituantur....docet. 7) D.B. *add.* de justicia facienda.

8) dum ei rectum offertur in hundredo suo B. (*W. male vertit:* nisi intra centuriam aliquo jure dignus habeatur. 9) Rectitudinem, *id quod alicui juste competit.*

10) A.D.B. *add.* Et requiratur hundredum super (secundum B.) witam sicut justum.

11) Et habeatur in anno ter *burgimotus* et *syremotus* (*scyremotus* B.) bis, nisi &c. D.A.B.

12) sæpius B. 13) episcopus et comes H.

14) Ealdorman A. Aldermannus D.B.

15) Justitias dei et rectitudines sæculi, *jus divinum atque humanum.*

16) Nemo namiam capiat in comitatu nec &c. B.

17) Nam *in legibus Danicis vox notissima, qua modus procedendi contra debitorem, solvere nolentem, significatur. Antiquis temporibus creditori, qui sententia judiciali obtinuerat jus illo modo procedendi, certis sub conditionibus permissum erat, propriis viribus ex bonis debitoris quicquid posset occupare, ut sic satisfactionem obtineret.* Wilkinsius *hunc locum textus Anglo-Saxonici perperam intellexit, quum verba:* And ne nime nan man nane næme *hoc modo vertat:* Et nemo alicujus *hominis nomen* assumat.

þian mæge. þat him man on secgan volde. sy he [1]) his tungan scyldig. buton he hine mid his [2]) vere forgilde.

17. (16.) And ne gesece nan man þone Cyning. buton he ne mote beon nanes rihtes vyrþe innan his hundrede. and sece man hundredes gemote be vite. eall sva hit riht is to seacan [3]).

18. (17.) And hæbbe man ðriva on geare burhgemot. and tva scirgemot. buton hit oftor sy. and ðær beo on ðære scire Bisceop, and se Ealdorman. and ðær ægþer tæcan ge Godes riht. ge voruld riht.

19. (18.) And ne nime nan man nane næme. ne innan sciran. ne ut of scire. ær man habbe ðryva on hundrede his rihtes gebedan. Gif he

1) *Lamb. om.* he.

2) *Lamb. om.* his.

3) secenne. *Cott.*

hundredo requirat; quod si vice tertia rectum habere non poterit, eat ad comitatum, [1]) et ostendat, se jam tertio hundredum adiisse, rectum requisisse, et habere non potuisse, tunc comitatus statuat illi [2]) diem, in quo qui calumpniatus est faciat rectum; quod si dies statutus fractus fuerit, accepta [3]) licentia a comitatu, in eundo et in redeundo, ut possit accipere *name,* quousque habeat sua.

20. (19.) *Quod unusquisque in plegio sit.*

Constituimus etiam, ut omnis liber homo, [4]) qui voluerit esse dignus purgatione et libertate, [5]) quam Angli vocant *ladevurðe and veresvurðe,* sit in hundredo et in plegio; [6]) aliter, si [7]) occisus [8]) fuerit postquam fuerit duodennis, non erit illa libertate dignus.

21. (19.) *Item, si etiam terra et domo careat.*

Hoc [9]) quoque dicimus et de hiis, qui domum et terram habent, et de hiis, qui non, sed seruiunt aliis, quos Angli vocant *husfest and folgeres,* ut omnes sint in hundredo et sub plegio, [10]) qui eos ad justitiam habeant, [11]) si aliquando calumpniantur de aliqua re.

---

1) conventum totius comitatus, quod anglice dicitur Syremotus (sciremot B.) et tunc comitatus &c. D.B.

2) sibi H. ei quartum terminum, qui si fallat, tunc licentiam accipiat, ut ab hinc et inde suum audeat rectum perquirere. B. 3) *Haud dubie legendum:* accipiat licentiam.

4) homo in hundredo et in decima positus sciat, qua purgatione dignus esse velit aut were; si &c. B. 5) vuera D.

6) decima D. — *Versio hic textui Anglo-Saxonico non omnino quadrat;* plegium *nempe significat totum illum nexum inter liberos cives Anglo-Saxonicos, quo mutuo quasi fideijussionis vinculo tenebantur (cujus instituti indolem, vid. apud Phillips* §. *XXXI); textus AS. vero proprie de* teoþung *loquitur, quo significatur nexus ille inter centum liberos homines vel decem freoborg.*

7) siquis eum post XII etatis sue annum accuset, vel non sit aliqua liberorum rectitudine dignus. D.B. 8) *Legendum esse videtur:* accusatus, *vide notam antecedentem.*

9) Sit (si sit) heordfest, sit folgarius, sit in hundredo et plegio constitutus et teneat eum plegius et adducat omnem rectum (*adducat eum ad omne rectum* B.) D.B.

10) *Wilkins quæ sequuntur perperam vertit, recte autem Phillips p.* 106. *Not.* 309.

11) *Legendum:* habeat. — Teneat ad justiciam si alium calumpniati fuerint de aliqua re. H.

æt ðam þriddan cyrre nan riht næbbe. ðonne fare he æt ðam feorþan syþe to scirgemote. And seo scire him sette ðonne feordan andagan. Gif se ðonne berste. nime ðonne leafe [1]) ægþer ge heonon ge ðanon. þat he mote hentan æfter his agenan.

20. 21. (19.) And ve villaþ. þat ælc freoman beo on hundrede and on teoþunge gebroht. ðe lade vyrþe beon ville. oþþe veres vyrþe. gif hine hva [2]) teon vylle ofer þat he byð XII vintre. oþþe he ne beo syð-ðan [3]) æniges freorihtes vyrþe. sy he heorþfæst. sy he folgere. þat ælc sy on hundrede. and on borge gebroht. and gehealde se borh hine. and gelæde to ælcan rihte.

---

1) geleafe *Lamb.* & *om.* ægþer.

2) hva afylle ofer XII vintra &c. *Lamb.*

3) syððan *additum ex Cod. Cott.*

22. (19. 20.) *De sacramentis ab omnibus faciendis.*

Multi fortes [1]) homines volunt cum ingenio defendere in placitis suos subjectos, [2]) quo levius illis posse videtur, pro servis, aut pro liberis. Sed nos huic injustitiæ consentire nolumus.

Propterea præcipimus, ut omnis homo ultra *(ætatem)* [3]) duodecim annorum faciat sacramentum, quod nec latro [4]) vult esse, nec latroni [5]) consentire.

Si [6]) sit autem quisquam fidelis homo, qui juste non fuerit calumpniatus de aliqua turpi re, et cui juramentum non fregerit in [7]) ore, nec judicium ferri vel aquæ, quod Angli vocant *þam þe ne bert (berst) ne að ne orðel:* iste talis, si aliquando [8]) calumpniatus fuerit, purget se simplici purgatione. Infideli autem homini eligatur juramentum, quod Angli vocant *anfealde að* in hundredo, et triplex juramentum, sicut convenit curiæ [9]) illi, ad quam pertinet, aut vadat [10]) ad judicium. Qui autem conquirere debet simplicem [11]) purgationem, simplici sacramento hoc faciat, hoc [12]) est accipiat duos, et sit ipse tertius, et sic jurando conquirat. [13])

1) *Strecman*, id est potentes sive fortes homines, volunt defendere homines suos ad utrumque, sicut eis videbitur, quod tunc procedat, modo pro servo, modo pro libero, sed &c. D.B.

2) H. *om.* subjectos. *Textus Anglo-Saxonicus habet* man, *quod W. perperam per* servum *vertit.* Addit quoque A. gif he mæg and *mot*, quod etiam male ita vertit W: *si possint et debeant.* 3) ætatem *ex Codd.* H. & D.B. *supplevi.* 4) fur B. 5) furi B.

6) Et sit omnis homo credibilis, qui non fuerit accusationibus infamatus et neutrum *ei fregerit* vel juramentum vel ordalium, aut (B. *om.* aut) in hundredo aut extra, (B. *om.* aut extra) simplici lada dignus. Incredibili simplex eligatur lada in (B. *om.* in....simplex lada) tribus hundredis et triplex juramentum, tam late sicut ad ipsam curiam obeditur, vel eat ad ordalium. Et inducatur simplex *lada*, id est purgatio, simplici prejuramento. D.B.

7) more nec &c. H. — *Cæterum* το fregerit *satis barbare sensu intransitivo hic usurpatur.*

8) alium H. 9) Curia *hic significat urbem*, *oppidum*, *AS.* by, *uti quoque lingva danica; alio sensu adhibetur vox curiæ p.* 42.

10) *In Cod. nostro manu recenti additur:* vadat; *et sic legitur in Cod. H.*

11) *In Cod. nostro manu recenti add.* simplicem; *ita quoque H.*

12) *Secundum hanc explicationem, quæ in textu AS. desideratur, simplex sacramentum — anfeald að — respondet purgationi, quæ in legibus nostris vocatur trithiæ manz eth, et triplex juramentum — ðryfeald að — nostro siættæ manz eth.* 13) perquirat H.

22. (19.) Manig strecman vyle. gif he mæg and mot. verian his man sva hvæþer him ðingþ þat he hine eað [1]) averian mæge. sva for frigne. sva for ðeovne. Ac ve nellaþ geðafian þat unrihte. and ve vyllaþ. þat ælc man ofer tvelf vintre sylle ðonne að. þat he nelle ðeof beon. ne ðeofes gevita.

(20.) And sy ælc [2]) getriva man. þe tihtbysig nære. and naþor ne burste ne að ne ordal innan his hundred anfealdre lade vyrþe. And ungetrivan men ceose man anfealdne aþ on þrim [3]) hundredum. and ðryfealdne að sva vide sva hit to ðære by rig hyre. oþþe ga to ðam ordale. And ofga man anfealdne lade mid anfealdan [4]) foraðe and ðryfealde lade

---

1) *al. Cod. om.* eað.

2) *Lamb. add.* man.

3) *In versione nostra το* þrim *non expressum legimus.*

4) *Lamb. om.* anfealdan....lade mid.

Triplex vero [1]) juramentum sic conquiratur: accipiat quinque et ipse *(sit)* [2]) sextus, et sic jurando adquirat triplex judicium, aut triplex juramentum. Si liberalis [3]) homo [4]) habet fidelem [5]) hominem, qui [6]) pro eo possit jurare per [7]) juramentum, ita sit; si autem non habet, ipsemet [8]) juret, nec ei condonetur [9]) aliquod per juramentum *(præjuramentum)*. [10])

23. (21.) *De* [11]) *eo, cum quo latrocinium invenitur.*

Si [12]) latrocinium invenitur in manu vel in potestate alicujus, qui se non poterit excusare, si vult uuarantem [13]) nominare, nullo modo [14]) liceat, nisi habeat duos [15]) idoneos testes, qui fuerint videntes et audientes, unde sibi venit, quod in manu sua vel in potestate captum est, et ostendant testes hoc per sacramentum, quod juste sibi [16]) sunt [17]) testes et fideles, sicut videntes et audientes, in fide Dei, et per fidem domini sui, quod juste [18]) illud adquisiuit.

24. (22.) *De* [19]) *emptione pecuniæ.*

Volumus etiam, ut nullus emat aliquid ultra quatuor denarios valens, [20]) nec rem vivam, nec rem mortuam, nec jacentem, [21]) sine qua-

1) H. *add.* judicium vel. — Lada triplici præjuramento. Si &c. B. 2) H. *add.* sit.

3) Thainus habet &c. B. 4) H. *add.* ɔ: thein.

5) liberalem H. credibilem B. 6) ante juramentum pro eo sit, si inde non &c. B.

7) post H. *Legendum est* præjuramentum; *abbreviationes, quibus* per *et* præ *exprimuntur, facile confundi possunt. — Cfr. cæterum de hoc præjuramento s. foraþ Du Cange s. voc. antejuramentum* & *Phillips p.* 156. *Not.* 430.

8) ipse Theinus causam suam præjuret nec condonetur &c. B.

9) perdonetur aliquid sacramentum H. 10) antejuramentum B. 11) Lex latrocinii H.

12) Et non sit quisquam alicujus advocationis dignus, nisi credibile testimonium habeat, unde venerit ei, quod cum eo deprehenditur, et inveritent [quod] hoc ipsi testes in fide Dei et domini sui, quod ei in vero testimonio sint, sicut oculis superviderint et aure superaudiverint, quod recte hoc adquisiuit. D.B. *Dein incipit cap. sequ.*

13) guarantem H. *De voce* team *(provocatio ad auctorem) vid. Phillips pag.* 201. *not.* 539.

14) H. *add.* ei. 15) A. *om.* duos. 16) *Id est:* ei. 17) sint H.

18) iste H. 19) Lex emencium sive vendencium. H.

20) D.B. *add.* mobile vel immobile. B. *om.* nec...jacentem.

21) res jacens, *res immobilis: German.* liegende Gründe, *aut forsitan potius res inanimata, quæ se ipsam movere nequit, nostrum:* jorthæbit *s.* athælbit, *cfr. observationes meas ad legem Erici Siallandicam p.* 389.

mid dryfealde foraþe. and gif ðegen hæbbe getryvne man to foraðe for hine. þat sva sy. Gif he næbbe. ofga sylf his spræce. and ne beo æfre ænig foraþ forgyfen.

23. (21.) And ne beo ænig man æniges teames vyrþe. buton he getryve vitnesse habbe. hvanan him come þat him man æt befehþ. And gecyþe seo gevitnesse. þat on Godes helde. and on hlafordes. þat he him on soþre gevitnesse sy. sva he hit eagum oferseah. and earum oferhyrd. þat he hit mid rihte begeate.

24. (22.) And nan man nan ðinge ne gebicge ofer feover penig veorþe. ne libbende ne licgende. buton man hæbbe getreove gevitnesse

tuar[1]) idoneis testibus, nec infra burgum[2]) nec extra. Et si non tot nec tales testes habuerit, et aliquid tale in manu vel in potestate ejus inventum fuerit, et[3]) ipse uuarantem[4]) voluerit vocare, non ei valeat neque liceat, sed reddatur calumpnianti,[5]) quod[6]) suum est, aut valens, et insuper iterum tantum valens, et forisfacturam, qui[7]) eam juste habere debet. Quod si tales testes habuerit, quales supra diximus, uuarantem[8]) vocet, et ille vocatus, vocet alium, si potest, et tertius[9]) adhuc tertium vocet, si potest, et tertius suum faciet, si valet; quod si non valet, reddatur ei, quod[10]) juste habere debet. Nobis tamen injustum videtur, quod aliquis debeat[11]) sibi jurando[12]) vendicare, quod juste suum est, ubi testes sunt, et saltem[13]) ante sex menses, postquam furto[14]) ablatum est, quod querit.

25. (23.) *De*[15]) *eo, qui hundredum fugit.*

Qui sæpe[16]) calumpniatus est de furto, et hundredum[17]) vocatus ter declinet, inveniantur de hundredo, qui eum adeant, et inveniat, si potest, adhuc plegios.[18]) Quod si non potuerit, aut[19]) noluerit, capiatur

1) credibili testimonio IV hominum D.B. — H. *om.* quatuor.
2) civitatem B. — burgum ɔ: *oppidum*, *urbs.*
3) non liceat ei advocare, sed reddat repetenti captale suum et secundum (secundam?) solutionem et forisfacturam &c. B. 4) guarantem H.
5) calumpnianti, *actori.* 6) capitale suum et secunda solutio et forisfactura &c. D.
7) qui ɔ: *ei qui eam* &c.
8) guarantem H. tunc liceat inde ter advocari et quarta vice probetur aut reddatur ei, cujus erit. Nobis &c. B.
9) tertium adhuc tertius vocet H. — *Sensus clarior evaderet*, *si legeretur:* secundus.
10) qui H.
11) probare cogatur ubi testimonium est et cognitio, quod ibi *brede* sit et &c. B.
12) propiare, ubi testimonium est et cognosci potest, quod ibi *brede* sit et &c. D.
13) nemo illud probare debeat ante sex &c. B. 14) furatum B. & *om. cæt.*
15) Lex calumpniati de furto. H.
16) D. *om.* sæpe. — fuerit accusationibus infamatus et populo incredibilis et hæc (*hic?*) placita ter subterfugerit &c. B.
17) hundredo ter vocatus &c. H. placita ter vocatus subterfugerit D.
18) plegios ɔ: *fidejussores.* 19) exsuperetur, sicut alterutrum poterit, sive vivus &c. B.

feover manna. sy hit binnan byrig. sy hit uppon lande. And gif hit man ðonne befo. and he ðillice gevitnesse næbbe. ne beo ðær nan team. Ac agife man þat agen frigean [1]) his agen. and þat æfter gyld. and ða vite ðam he hit age. and gif he gevitnesse hæbbe. sva ve her beforan cvædon. ðonne [2]) tyme hit man ðryva. æt ðam feorþan cyrre agnige hit. oþþe agife ðam þe hit age. And us ne þyngþ nan riht. [3]) þat ænig man agnian sceole. ðær gevitnesse bið. and man gecnavan can þat ðær bregden bið. þat nan man hit nah to geahnianne raþost þinga ær six monþum. after ðam ðe hit forstolen væs.

25. (23.) And seþe tyht bysig sy. and folce ungetryve. and ðæs gemot forbuge ðryva. ðonne scepige [4]) man of [5]) þam feorðam gemote. ða ðe him to ridan. and fynde ðone gyt borh. gif he mage. Gif he ne mage. ðonne gevylde man hine. sva hvæþer man mage: sva cucne. sva

---

1) W. *vertit:* detur *libero* homini suum proprium. (?)

2) ðan. Lamb.

3) *Hunc locum longe aliter vertit W., sic:* "Nobis etiam non videtur justum, quod quis *possideat* aliquid, cum adsit testimonium, et cognoscere possint, quod furto sit ablatum; quod nemo possit appropriare sibi aliquid citius quam post sex menses, postquam furto fuer atablatum." *Aliam quoque versionem exhibet Phillips* p. 207. not. 541, *qua recte corrigitur Wilkinsii "possideat" in: appropriet, verba autem:* þat ðær bregden bið *per:* quod ibi terror adsit ɔ: quod testes coacti sint, *explicantur. Illa verba in versione nostra antiqua plane ommissa sunt, exhibentur vero in Cod. D. hoc modo:* quod ibi brede sit. *Facile apparet, hoc* brede *esse Anglorum* breed, *natum, nutritum, quam si lectionem pro* bregden *adoptemus illamque lineam ex Cod. D. suppleamus, locus hic obscurus, ni fallimur, a versione antiqua uberrimam accipit lucem. Sensus nempe hic erit: quod rex noluit, illum modum vindicandi, supra descriptum, in eo casu observari, ubi vindicans pecudem sibi vindicare studet, eamque domi nutritam* (ibi brede, þær bregden, *nostrum* Hjemmefød) *esse testibus probare queat ante sex menses post illud tempus elapsos, quo pecus furto illi surrepta fuerit.*

4) sceavie. *Cott.*

5) Of þam....gemote, *desiderantur in versione.*

aut vivus aut mortuus, et omnia, quæ habet, et imprimis reddatur calumpnianti[1]) de[2]) rebus latronis, quod Angli vocant *his cepgeld*,[3]) et quod remanet, dividatur per medium inter hundredum, et dominum latronis. Si autem parens[4]) illius latronis, aut aliquis alius contradixerit, adire illum latronem, sicut diximus, det regi quadraginta[5]) solidos.

26. (23.) *De*[6]) *publico latrone et proprii domini traditore.*

Publicus[7]) latro et traditor proprii domini, quem Angli vocant *hlaferd svice*,[8]) quicquid[9]) requisierint, nusquam vitam inveniant.

27. (24.) *De*[10]) *in causis adversante.*

Si quis in placitis per contrarias[11]) calumpnias vult defendere se ipsum, aut hominem suum, pro[12]) nichilo habeantur calumpniæ illæ, sed[13]) respondeat calumpnianti se, sicut hundred judicaverit.

28. (25.) *De*[14]) *tentione alicujus ultra tres noctes.*

Nemo teneat[15]) aliquem hominem diutius tribus noctibus, nisi dominus,[16]) cui plus[17]) servivit, eum commendaverit. Quod[18]) si aliter fecerit, persolvat priori[19]) domino despectum ejus, et regi forisfacturam suam.

---

1) repetenti B. 2) capitale suum et quod &c. D.B. — H *om.* de....latronis.

3) His cieavgeld H. (?) *Ceapgyld, damni resarcitio; proprie: pretium rei emtæ.*

4) aliquis vel cognatus vel alienus illuc ire negaverit, soluat regi CXX solid. B.D.

5) CXX sol. A. 6) Lex latronis publici et traditoris domini sui H.

7) Et perquirat fur probatus, quicquid perquirat, vel qui de morte Domini sui tractavit, nunquam sibi vitam perquirant (adquirat B). Et qui deinceps furabitur, querat quidquid querat, nusquam sibi vitam impetret. D.B.

8) Hlafordsvice *proprie crimen traditionis, non traditorem significat.*

9) quicunque H. 10) Lex se defendentis per calumpnias contrarias. H.

11) distortas D.B. — Calumniæ contrariæ ɔ: *criminationes a parte accusati in actorem directæ.*

12) habeat totum hoc *forspecen* (cassatum), D.B.

13) et contingat de reliquo sicut hundredo rectum videbitur B.

14) Lex hospitum H. 15) suscipiat B.

16) H. *add.* ejus. — ipse emendet cui antea servivit B. 17) *Legendum est, ut in H:* prius.

18) A.B. *om.* Quod &c. *usque ad finem cap.* 19) H. *om.* priori.

deadne. and niman eall þat he age. and gilde man ðám teonde his ceap-gyld. and fo se hlaford elles to healfum. to healfan þat hundred. and gif aþor oþþe mæg. oþþe fremde man ða rade forsace. gilde ðam Cyning CXX scill.

26. (23.) And gesece se æbere ðeof þat þat he gesece. oþþe seþe on hlaford searve gemet sy. þat hi næfre feorh ne gesecean.[1]) and seþe ofer þis stalige. gesece þat he gesece þat he næfre þat feorh ne gesece æt openre ðyfþe.

27. (24.) And seðe on gemote mid viðertihtlan hine sylfne oþþe his man[2]) verige. habbe þat ealle forspecen. and geandvyrde ðam oþran. sva hundrede rihte ðince.

28. (25.) And þat nan man nenne man ne underfo na længe ðonne ðreo niht. buton se hine befæste seðe he ær folgade.

---

1) gesece æt openre ðyfþe. *Lamb.*

2) *Wilk. male reddit* man *per* servum, *et* verige *per lacessere.*

29. (25.) *De* [1]) *serviente calumpniato.*

Nullus repellat [2]) a se servientem suum, antequam sit purgatus [3]) de omni calumpnia, [4]) unde prius calumpniatus fuit.

30. (26.) *De* [5]) *occursu latronis.*

Si cui latro occurrerit et sine clamore sponte [6]) illum [7]) abire permiserit, solvat [8]) latronem, cui justum est, pretio [9]) ejusdem latronis, aut purget se pleno juramento, quod eundem nescivit esse latronem. [10])

31. (27.) *De* [11]) *sæpe calumpniato in hundredo.*

Si quis est [12]) infidelis hundredo suo et sæpe calumpniatus est, [13]) si simul uno die tribus calumpniis proclamatus fuerit, triplici judicio se purget. Quod si dixerit dominus ejus, quod nunquam illi fregerit juramentum, nec judicium, [14]) nec pretium latrocinii persoluit, [15]) tunc ille dominus accipiat secum duos fideles, [16]) et hoc ita esse sacramento affirmet, nisi talem præpositum habeat, qui [17]) dignus sit, hoc [18]) idem pro eo facere. [19]) Si sacramentum bene processerit, ille calumpniatus eligat, quid horum voluerit, aut simplex judicium [20]) aut sacramentum [21]) viginti solido-

---

1) Lex serviencium H. 2) dimittat B.

3) mundus in causis omnibus, quibus autea fuerit accusatus B.

4) W. suspicione, *quod perperam.* 5) Lex latronem dimittentis H.

6) gratis B. 7) eum H.

8) emendet secundum weram ipsius furis vel plena lada [a] se adlegiet, quod &c. D.B.

9) precium H.

10) D.B. *add.* Si quis audito clamore supersederit, reddat *Ouuerseunessam* (?) (oferhyrnesse B. o: *mulctam contumaciæ*, dan. Overhørighed) regis aut plene se ladiet.

11) Lex de infidelitate calumpniati. H.

12) adeo incredibilis (B. *add.* hundredo) et a tribus simul accusetur, tunc nihil aliud (B. *om.* aliud) interveniat, quin ad triplex ordalium eat. D.B. 13) eo (?) H.

14) ordalium B. & *om.* nec....persoluit.

15) D.B. *add.* postquam concilium fuit apud Wincestram.

16) credibiles homines in hundredo, et juret, quod illi nunquam juramentum vel ordalium fregit, nec furigildum reddidit, nisi &c. D.B. 17) B. *add.* eo.

18) et hoc facere possit. Si &c. B. 19) agere H. 20) ordalium H.

21) juramentum unius libre in tribus hundredis super XXX denarios &c. D.B

29. (25.) And nan man his men fram him ne tæce. ær he clæne sy æt ælcre spræce. ðe he ær beclypod væs.

30. (26.) And gif hva ðeof gemete. and hine his ðances aveg læte buton hreame. gebete be ðæs ðeofes vere. oþþe hine mid fullan aðe geladige þat he him nan facn mide nyste. And [1]) gif hva hreame gehyre. and hine forsitte. gylde ðæs Cyninges oferhyrnesse. oþþe hine be fullan geladige.

31. (27.) And gif hvylc man sy sva ungetryve [2]) ðam hundrede. and sva tihtbysig. and hine ðonne þreo men æt gædere teon. ðonne ne beo ðær nan oþre. buton þat he gange to ðam ðryfealdan ordale. Gif se hlaford ðonne secge. þat him naþor ne að ne ordal ne burste. syþþan [3]) þat gemot væs on Vinceastre. nime se hlaford him tvegen getryve men to innan [4]) ðam hundrede. and sverian þat him næfre að ne burste ne ordale. ne he ðeofgylde ne gulde. buton he ðonne gerefan hæbbe. ðe ðæs vyrþe sy. ðe þat don mæge. Gif se að ðonne forþcume. ceose þe man ðe ðær betihtlad sy. sva hvæþer he ville. sva anfeald ordal. sva pun-

1) And &c. *usque ad finem desiderantur in versione nostra, reperiuntur autem in Cod. D. vid. pag. 60. not. 10.*

2) untrive: *Lamb.*

3) syþþan....Vinceastre. *desiderantur in versione, vid. autem Codd. D.B.* in nota. 15.

4) innan ðam hundrede, *desiderantur in versione.*

rum in tribus hundredis, ultra triginta denarios. Quod si non audent [1]) sacramentum facere, eant [2]) ad triplex judicium. [3]) Ita autem adquiratur [4]) triplex judicium: accipiat secum quinque, et sit ipse sextus; ita enim [5]) conquiritur triplex judicium. Quodsi reus fuerit, et [6]) in judicio ceciderit, prima vice reddat ante alia calumpniantibus dupliciter sua, et dominus [7]) illorum pretium [8]) eorum, et postea inveniant [9]) fidejussores, quod deinde [10]) cessabunt.

Si deinde [11]) ceciderint, abscidantur illis [12]) manus aut pedes, aut utrumque, si culpa fuerit tanta. Quod si adhuc majora fecerit, eruantur [13]) sibi oculi et auferatur [14]) sibi nasus cum labro et aures, aut corium capitis cum capillis, quod Angli dicunt *behættie.* [15]) Sic [16]) possunt latrones corrigi, et animae salvari. Quodsi calumpniatus evaserit et judicium [17]) declinaverit, fidejussores reddant calumpnianti quod [18]) a latrone exegit, et regi [19]) pretium latronis, aut illi, [20]) qui habet *sache* et *socne.*

---

1) audeat B. 2) eat H.B. 3) ordalium hoc modo, accipiat &c. B.

4) H. *add.* illud. 5) H. *om.* enim. B. *om.* ita....judicium.

6) in prima vice, sit calumpniatori duplo, reddens domino suo veram suam, qui ea dignus sit et ponat credibiles plegios, quod omni malo deinceps abstinebit B.

7) *Legendum: domino* ejus *pretium* ejus. *Per incuriam versio hic loquitur de pluribus reis, licet in antecedentibus modo de uno sermo fuerit. Sic quoque legendum:* inveniat — cessabit. 8) precia H. 9) *inveniat* H.

10) demum *cessabit* H. 11) secundo ceciderit H. 12) illi H.

13) educantur D.

14) truncetur illi nasus et aures et superlabium, vel decapilletur, quicquid horum consuluerint, quorum tunc intererit. Sic &c. D.B. 15) behedian H.

16) *Paullo aliter in A.* 17) ordalium D.B.

18) capitale suum et regi weram suam vel ei, qui wita sua dignus erit. Quod si &c. D.B.

19) H. *om.* Regi.

20) *Sic explicantur verba textus Anglo-Saxonici:* ðe his vites vurþe sy. *Verba* sache *et* socne *idem fere exprimunt ac nostrum:* Sigt og Sagefald; *vid. explicationem quæ in legibus Edovardi* c. 22 & 23 *hisce verbis occurrit:* "*Sacha* est quod si quilibet aliquem nominatim de aliquo calumniatus fuerit et ille negaverit, forisfactura probationis vel negationis (si evenerit) sua erit" (ɔ: *mulcta ejus erit, cui rex jus mulctas in territorio exi-*

des veorþne að innan ðam þrym hundredan ofer XXX peninga. And gif hig ðone að syllan ne durren, gange he to þam dryfealdan ordale. and ofga man þat ðryfealde ordale þus: nime fife. and beo he[1]) sylf syxta. And gif[2]) he ðonne ful veorþe æt ðam forman cyrre. bete ðam teonde tvygylde. and ðam hlaforde his vere. ðe his[3]) vites vyrþe sy. And sette getryve borgas þat he ælces yfles eft gesvice. And æt ðam oþrum cyrre. ne sy ðær nan oþer bot. gif he full vurþe. buton þat man ceorfe him ða handa of. oþþe ða fet. oþþe ægþer be ðam ðe seo dæde sy. And gif hit ðonne git mare vurc gevorht hæbbe. ðonne do man ut his eagan. and ceorfan of his nosu. and his earan. and þa uferan lippan. oþþe hine hettian. sva hvylc ðissa sva man[4]) ðone geræde. ða ðe ðærto rædan sceolan. sva man mæg styran. and eac ðære savle gebeorgan. Gif he ðonne uthleape. and þat ordal forbuge. gylde se borh ðam teonde his ceapgylde. and ðam Cyninge his ver. oþþe ðam ðe his vites vurþe sy.

1) *Lamb. om.* he.

2) *Lamb. om.* gif.

3) *Lamb. om.* his vites.

4) *Lamb. add.* vyle oþþe.

Quod si dominus latronis inculpatus fuerit, quasi[1]) sponte illum ire permiserit,[2]) acceptis quinque fidelibus hominibus, purget se, si potest. Si se purgaverit, illi detur pretium latronis ɔ: *vere*; si purgare se non poterit, rex habeat pretium illud,[3]) et latro habeatur exul,[4]) et[5]) reus ab omni populo.

32. (28.) *Quod[6]) dominus pro familia sua respondeat de plegio.*

Omnis dominus habeat familiam suam in proprio plegio[7]) suo, ut, si aliquis illorum calumpniatus fuerit, respondeat[8]) hundredo, in quo calumpniatus est, sicut justum sit. Si post[9]) calumpniam evaserit, dominus ejus soluat *vere*[10]) regi et[11]) plegii, quod calumpniatus est. Si autem infra annum et unum diem dominus ejus illum capere poterit, recipiat hoc, quod pro eo dedit. Et si ipse dominus calumpniatus fuerit, quod eum sponte fugere permiserit, si ille est liberalis ɔ: *þegen*, acceptis quinque similibus,[12]) purget se; si non purgare se potest, persoluat regi *vere* suum, et homo[13]) sit exul ab omnibus.

33. (29.) *De[14]) criminali casu servi.*

Si servus ceciderit in judicio[15]) ferri aut aquæ, criminis signum prima vice fiet ei; si secundo ceciderit, nil aliud emendationis accipiatur, nisi ut capud ei abscidatur.

---

geudi, tanquam partem jurisdictionis patrimonialis, concessit) "*Soca* est, quod si aliquis quærit aliquid in terra sua, etiam furtum, sua est justitia, si inventum fuerit, an non," *(justitia* ɔ: *jurisdictio).*

1) quod ejus consilio fugerit et antea malum fecerit, acceptis &c. B.

2) dimiserit H. 3) H. *add.* latronis. 4) utlaga D.B.

5) apud omnem populum. B.

6) Lex domini, familiam suam in proprio plegio habentis. H.

7) familiam in *plegio* habeat ɔ: *pro omnibus familiæ suæ membris ita teneatur, ut pro delictis eorum mulctas solvat.* — Plegium *fidejussionem proprie significat*, plegius *fidejussorem.* 8) *Secundum textum A. addendum foret:* in.

9) primo H. 10) D.B. *add.* id est precium nativitatis illius hominis.

11) A.B. *om.* et.....dedit. 12) Tainis ɔ: nobilibus, et idem sit sextus, purget &c. D.B.

13) qui fugit sit &c. D. 14) Pena servi secundum judicium H.

15) ordalio D.B. & *om.* ferri aut aquæ.

And gif man ðonne hlaforde teo. þat he be his ræde uthleope. and ær unriht vorhte nime him fif getrive men to. and be him sylf sixta. and ladige hine ðæs. Gif se lade forþcume. beo he ðæs veres vyrþe. And gif hit forþ ne cyme. fo se Cyning to ðam vere. and beo seo þeof utlah við eal folc.

32. (28.) And hæbbe ælc hlaford his hiredmen on his agenum borge. and gif hine man æniges ðinges teo. andsvarie [1]) innan ðam hundrede. ðære he on becleopod beo. sva hit riht laga sy. And gif he betyhtlod veorþe. and he uthleape. gylde se hlaford ðæs mannes vere ðam Cyning. And gif man ðonne hlaford teo. þat he be his ræde uthleope. ladige hine mid fif ðegnum. and be him sylf sixta. Gif him seo lad berste. gilde ðam Cyning his vere. and sy se man utlage.

33. (29.) And gif ðeov man æt ðam ordal ful veorþe. mearcige man hine æt þam forman cyrre. and æt þam oþrum cyrre ne sy ðær nan oþer [2]) bot buton þat heafod.

---

1) ansverige *Lamb.*

2) oþer *additum ex Cod. Cott.*

34. (30–31.) *De* [1]) *omnibus infidelibus.*

Qui omni populo infidelis [2]) est, præpositus regis [3]) ponat eum sub fidejussoribus, [4]) ut custodiant eum ad justitiam, et si non potest habere plegios, occidatur et in [5]) loco latronum sepeliatur. Quod si aliquis forte [6]) eum defendere voluerit, habeat [7]) eandem legem, et qui hoc supersederit, et ista facere noluerit, sicud nos omnes condiximus [8]) simul, det regi quadraginta [9]) solidos, et [10]) inter omnes cives [11]) una lex et una purgatio sit.

35. (32) *De advenis et peregrinis.*

Si advena [12]) aut peregrinus, qui de longinquo venit, sit tribulatus pro penuria amicorum, ut non possit habere plegios ad [13]) primam calumpniam, tunc subeat captionem regis, et ibi aspectat, [14]) quousque vadat ad judicium ferri [15]) vel aquæ, illicque inveniat quod potest.

36. (32.) *Judicium* [16]) *regis de misericordia peregrinorum.*

Certe [17]) dico vobis, si quis extraneo aut peregrino, de longe venienti, aliud [18]) judicaverit [19]) *(quam socio suo,)* sibi [20]) nocet.

---

1) Lex infidelium et eos defendencium. H. 2) incredibilis B.
3) B. *add.* adeat et.
4) plegio, qui ad rectum habeat eum omnibus accusantibus et si &c. B.
5) cum dampnatis mittatur. Quod si &c. D. condemnatis mittatur. Quod si &c. B.
6) vi H.D. 7) sint ambo unius recte digni et &c. D.B.
8) simul condiximus H.D.
9) CXX sol; et stet inter *burga* lex una purgandi D.B. — CXX scill. A.
10) et sit intra civitates una &c. H.
11) *Rostgaardius observat, suprascriptum esse in Cod. manu veteri:* civitates.
12) quis amicis destitutus vel alienigena sit &c. B.
13) in prima *tihla* (thilac B.) ɔ: accusatione, ponatur in *carcanno* et ibi sustineat quousque &c. D.B. 14) expectet H. 15) Dei, illicque &c. D.
16) *Hanc inscriptionem om.* H. & D.
17) Scientes, qui amicis destituto vel extraneo deterius judicium judicaverit &c. B.
18) H. *add.* judicium.
19) D.B. *add.* quam socio suo; *quæ quidem verba supplenda esse docet textus Anglo-Saxonicus.*
20) ipse sibi noceat H.D.

34. (30.) And gif hvylc man sy. ðe eallum folce ungetryve sy. fare ðæs Cyninges gerefa to. and gebringan hine under borge. þat hine man to rihte læde ðam ðe him onspræcan. Gif he þonne borh næbbe. slea hine man. and on fulan lecge. And gif hine hva forene forstande. beon hi begen anes rihtes vyrþe. And seðe ðis forsitte. and hit geforþian nylle. sva ure ealra cviþe is sylle ðam Cyning CXX scill. (31.) And stande betvux burgum ane lagu æt ladunge.

35. (32.) Gif freondleas man. oþþe feorran cuman sva gesvenced veorþe þurh freondleaste. þat he borh næbbe æt frum tihtlan. þonne gebuge he hengenne [1]) and ðær abide. oþ þat he ga to Godes ordale. and gefare ðær þat he mæge.

36. (32.) Vitodlice seðe freondleasan and feorran cumenan vyrsan dom demeþ þonne his geferan. he dereþ him sylfum.

---

1) hengcen. *Lamb.*

37. (33.) *De*[1]) *publice devicto et perjurio.*

Si quis perjurium fecerit super textum[2]) evangelii aut super reliquias sanctorum, et victus fuerit, quod injuste juraverit, careat[3]) manibus aut det dimidium pretii sui ipsius; et hoc dividatur inter episcopum et dominum ipsius hominis, et post hoc non sit dignus juramenti, quod Angli dicunt *apesvyrðe*, nisi altius Deo satisfaciat, et fidejussores inveniat, quod[4]) amplius cessaverit.

38. (34.) *De*[5]) *in falso testimonio stante.*

Qui vero steterit in falso testimonio, et victus fuerit, quod ita sit, non sit amplius dignus stare aut portare testimonium, quod legalitatem suam perdit, et ideo persolvat regi aut domino terræ[6]) decem[7]) solidos, quod[8]) Dani vocant *halsfang.*

(35.) Non[9]) est in aliquo tempore concessa injustitia et tamen injustitia est festis diebus et sanctificatis locis propensius interdicta, semperque sicut homo potentior est vel majoris ordinis, sic debet sollertius pro Deo et seculo, quod justum est, emendare, et ideo gratam emendationem sedulo perquiramus de scripturis sanctis et secularem juxta legem seculi.

39. (36.) *De*[10]) *ordinatorum interfectione.*

Si quis aliquem occiderit de servitoribus altaris, sit exul contra[11]) Deum[12]) et contra omnes homines, nisi per[13]) exilium altius emendet, et parentibus[14]) etiam, aut purget se purgatione, quam Angli vocant *ve-*

---

1) H.D. *om. inscriptionem.* 2) sancta D.B.

3) manum perdat vel dimidiam weram suam, et &c. D.B.

4) i. e. *quod in futurum a talibus cessaturus sit.* 5) H.D. *inscriptionem omitt.*

6) suum halsfang B. 7) A. *om.* decem sol.

8) A. *om.* quod.....vocant. — *Hoc quoque memoratu dignum videtur, quod vox* halsfaug, *quæ hic danica esse prædicatur, licet in legibus antiquis Daniæ nullibi occurrat, Angliæ vindicatur in legibus Henrici 1mi, ubi in cap. 76 hæc legimus: "Est autem verbum Anglicum, quod latine sonat apprehensio colli."*

9) *Hoc caput, quod in cæteris versionibus desideratur, e versione B. hic inseruimus.*

10) H.D. *om. inscript.* 11) contra ɔ: *apud.* 12) dominum H.

13) dignis satisfactionibus veros pœnitentiæ fructus ostendat et &c. B.

14) parentibus, *cognatis occisi.*

76. (74.) And gif hvilc man forstolen þinge ham to his cotan bringe. and he arasod vurþe. riht is þat he hæbbe þat he æfter eode. And buton hit under ðæs vifes cæglocan gebroht være. sy heo clæne. ac ðære cægean heo sceal veardian. þat is hire hordern. and hyre cyste. and hyre tege. Gif hit under ðisse ænigum gebroht byð. þonne biþ heo scyldig. and ne mæg nan vif hire bondan forbeodan. þat he ne mote into his cotan gelaþian þat þat he ville.

77. (74.) Hit væs ær ðyson. þat þat cild ðe læg on ðam cradele. ðeah hit næfre metes ne abite. þat ða gytseras letan efen scyldige. and

1) lage tæce. *Lamb.*

tur ab avaris [1]) æque rei, ac [2]) si scientiam haberent. Sed ego hoc omnibus modis interdico, [3]) et multa alia, quæ Deo contraria [4]) sunt.

78. (75.) *De [5]) formidoloso.*

Si quis, timore perterritus, a domino suo aut a sociis suis fugerit de bello, sive in terra, sive in mari, [6]) careat omnium bonorum suorum cum vita, et dominus suus accipiat [7]) omnia, quæ illius sunt, et terram, si quam ei antea dedisset; si autem haberet allodium, [8]) sit regis.

79. (75.) *De [9]) cæso pro domino in bello.*

Si quis vero ceciderit ante dominum suum in bello, sive in patria sive extra patriam, redditus [10]) domini sui, [11]) scilicet *heregeat*, perdonetur uxori ejus, vel hæredibus; hæredes autem [12]) habeant omnia ejus cum terris, [13]) et juste dividant.

80. (76.) *De [14]) defensione terræ.*

Quisquis terram suam [15]) juste defenderit teste comitatu, [16]) possideat

---

1) rachinburgiis D.B.
2) ac si scientiam haberent o: *ac si delicti conscii essent.*
3) D.B. *add.* in æternum. A. *add.* in posterum.
4) odiosa B.
5) H.D. *om. inscriptionem.*
6) aqua H.
7) manus mittat ad terram, quam &c. B.
8) terram hæreditariam B.
9) H.D. *om. inscriptionem.*
10) relevatio D. relevationes sint condonatæ, et hæredes habeant &c. B.
11) quem supra nominavimus *hereget* H.
12) etiam H.
13) terra H.
14) H.D. *om. inscript.*
15) ad quietatam habuit *scyre*, i. e. comitatus, testimonio, habeat sine querela in die et post diem ad dandam ei, quem plus amabat D.B.
16) A. *add.* et qui eam prius possedit, nolit (Wilkins *male:* velit) aut non possit.

hit gevittig være. Ac ic hit forbeode heononforþ eornostlice. and svilce manige. ðe Gode syndon svyþe [1]) laþe.

78. (75.) And se man [2]) þe ætfleo fram his hlaforde. oþþe fram his geferan. for his yrhþe. sy hit on scypfyrde. sy hit on landfyrde. ðolige ealles ðæs ðe he age. and his agenes feores. and fo se hlaford to ðam æhtan and to his land ðe him ær sealde. And gif he bocland hæbbe ga þat ðam Cyninge to handa.

79. (75.) And se man ðe æt ðam fyrdunge to foran his hlaforde fealle. sy hit innan lande. sy hit of lande. beon ða heregeata forgyfene. and fon ða yrfenuman to lande. and to æhtan. and scyftan hit sviþe rihte.

80. (76.) And se ðe land geverod hæbbe be scyre gevitnesse. [3]) and se nolde oððe ne mihte þe hit ær ahte. hæbbe unbesacen on

---

1) svyþe, *Cott. add.*

2) man *Wilkins perperam vertit per* servum.

3) gevitnesse habbe he unbesacen &c. *Lamb.*

sine calumpnia, dum [1]) vivit, et si placuerit sibi [2]) eam dare, aut vendere, det cuicumque [3]) libuerit.

81. (77.) *De* [4]) *venatione.*

Volo etiam, ut omnis homo habeat [5]) venationem suam in sylvis et in planis super sua, et devitent meam, ubicumque [6]) illam habere voluero.

(78.) Et [7]) *drincelean*, [8]) id est retributio potus, et domini rectum donum semper stet inconvulsum.

82. (79.) *De* [9]) *pace itineris ad placitum.*

Præcipimus etiam, ut omnis [10]) habeat pacem et securitatem eundo, [11]) et redeundo ad placitum, nisi sit latro publicus [12]) omnino.

83. (80.) *De* [13]) *violatione legum.*

Quisquis has leges, quas Rex modo omnibus hominibus concessit et

---

1) dum vivit: *exprimi videtur in textu Anglo Saxonico per:* on dæge o: *i. e. in die; atque additur:* and æfter dæge, *post diem* o: *post mortem vel in eventum mortis, quod Cod. noster ignorat, dominum posse terram vendere* &c.

2) ei H.

3) H. *add.* illi.

4) H.D. *om. inscriptionem. — In D.B. hoc cap. sequitur post caput 78vum.*

5) sit venatione sua dignus in nemore et in campo in dominio suo, et abstineat omnis homo a venariis meis, ubicunque pacem ejus (ei B. *eis?*) haberi volo, super plenam *witam.* D.B.

6) ubicunque habuero. H.

7) *Hoc caput, in nostro codice omissum, ex Cod. D. & B. restituimus.*

8) drincelean, *id est tributum pro potu.*

9) H.D. *om. inscriptionem.*

10) H. *add.* homo.

11) eundo ad *gemotum* et de *gemoto* D.B. — B. *add.* id est placito.

12) publicatus H. et *om.* omnino. — fur probatus B.

13) H.D. *om. inscriptionem.*

dæge. and æfter dæge to syllene. and [1]) to gyfenne ðam ðe him leofost sy.

81. (77.) And ic ville þat ælc man sy his huntnoþes vyrþe. on vuda. and on felda on his agenan. And forga ælc man minne huntaþ. loce hvær ic hit gefriþod ville habben. be fullan vite.

(78.) And drincelean. and hlafordes riht gyfu. stande æfre unavend.

82. (79.) And ic ville þat ælc man sy gryþes vyrþe. to gemote and fram gemote. buton he sy æbere ðeof.

83. (80) And seðe ðas laga vyrde. ðe se Cyningc hæfþ nu [2]) ða eallon mannon forgifen. sy he Denisc oþþe [3]) Englisc. beo he his veres

---

1) and to gyfenne, *Cott. add.*

2) nu eallum mannum. *Lamb.*

3) sy he. *Lamb.*

statuit, sit Anglus, sit Danus,[1]) violaverit,[2]) persolvat regi pretium[3]) sui ipsius; si secundo hoc idem fecerit, dupliciter[4]) secundum superiorem rationem emendet; quod si audendo tertio hoc præsumpserit, perdat omnia sua.

Denique5) precor et in nomine Domini præcipio omnibus hominibus, ut intimo corde convertantur ad Deum, et semper assidue et diligenter inquirant, quid eis sit faciendum, quid vero dimittendum. Omnibus vero magnum opus est, ut Deum diligamus et Dei legem servemus vere, sanctis doctoribus devote pareamus, quia ipsi producent nos in judicio, quando Christus Dominus judicabit omnem hominem ex ante factis suis. Et felix erit pastor, qui tunc gregem suum in Dei delicias et cæleste gaudium lætum producere poterit ex pristinis operibus; et exultatio erit gregi, qui pastori paruerit, per quem segregatus erit a diabolo, multiplicatus autem Deo. Satagemus omnes uniformi corde semper creatori nostro digne placere et ammodo simul provideamus nobis a gehennæ cruciatibus et ignibus sempiternis. Et faciant doctores et Dei præcones sicut rectum est et omnibus necessarium. Prædicent sæpius quæ ad Deum pertinent, et omnis, qui discretionis sciens est et zelum Dei habet, audiat illos gratissime, et Dei doctrinam in mente habeat firmiter, sibimet ad utilitatem. Et omnis homo semper ad honorem creatoris sui faciat boni, quod potest, verbo et opere hilariter usquequaque; & tunc nobis ejus misericordia præparatior erit. Sit nomen ejus benedictum in vitam æternam. Et laus ei, gloria & honor pariter in secula seculorum. Deus omnipotens indulgeat nobis omnibus, sicut ei velle sit.

---

1) Dacus B.

2) apostabit D.B.

3) weram B.

4) reddat bis weram suam B.

5) *Hunc epilogum, qui in Cod. Colbertino & H. desideratur, exscripsimus ex B., cum quo haud dubie convenit Cod. D., quum Thorkelinus observaverit, epilogum fere eundem esse, quam qui apud Wilkinsium invenitur.*

scyldig við ðonne Cyninge. and gif he hit eft vyrde. gylde tva his vere. And gif he ðonne sva dyrstig sy. þat he hit [1]) ðriddan syðe vyrde. ðolige ealles dæs ðe he age.

Nu bidde ic georne. and on Godes naman beode manna gehvylcne. þat he inveardlice heortan gebuge to his Drihtne. and oft and gelome smeage sviðe georne hvæt him sy to donne. and hvæt to forganne. Eallum us is miccel þearf. þat ve God lufian. and Godes lage fylgean. aud godcundan lareovan geornlice hyran. for þam [2]) hy sceolon us lædan forþ. æt ðam dome ðonne God demeþ manna gehvylcum be ærran gevyrhtan. And gesælic bið se [3]) hyrde ðe ðonne ða heorde into Godes rice. and to heofonlicre myrhþe bliðe mot lædan for his ærran gevyrhtan. And vel ðære heorde þe gefolgað ðam hyrde. ðe hig deoflum ætveneð. and Gode hy gestryneþ. utan ðonne ealle anmodre heortan georne urum drihtne cveman mid rihte. and heononforþ symle scyldan us georne viþ ðone hatan bryne ðe veallеþ on helle. And don nu eac lareovas. and godcunde bydelas. sva [4]) sva hit riht is. and ealra manna ðearf is. bodian gelome godcunde ðearfe. and eal ðe gescadvite hlyste him georne. and godcunde lara ge hva on geþance healde sviþe fæste. him sylfum to ðearfe. And a manna gehvylc to veorþunge his drithne do to Gode [5]) þat he mæge. vordes and dæde glædlice æfre. donne byð us eallum Godes miltsa ðe gearvur. a a sy Godes nama ecelice gebletsod. and lof him. and vuldor. and vyrþmynt symble æfre to voruldе. God ælmihtig us eallum gemiltsige sva his ville sy. and [6]) gehealde us æfre on ecnesse sy hit sva. amen.

---

1) *Lamb. om.* hit.
2) þam *Cott. add.*
3) se *Cott. pro:* ða.
4) Lamb. *om.* sva.
5) Gode þæs þe he &c. *Lamb.*
6) and...sva, *Cott. add.*

84. *De nam injuste accepto.*[1])

Si quis aliquid pro aliqua forisfactura accipiat antequam juste rectitudinem petat, reddat quod accepit, et secundo persolvat et[2]) quadraginta solidos reddat[3]) *(ei qui habet) sacam* et *socnam* suam, et insuper pretium[4]) suum domino suo.[5])

85. *De nomine latronum.*[6])

Latrones[7]) appellamus usque septem homines, a septem usque triginta quinque[8]) vocant Angli *hlot,* a triginta quinque dehinc exercitus[9]) erit.

86. *De*[10]) *hlot et exercitu.*

Qui calumpniatus[11]) de *hlot,* si negaverit, ita se purget: acceptis undecim hominibus, et ipse sit duodecimus; aut despectum calumpniantis persolvat, et duas libras[12]) ei det, qui[13]) habet consuetudines suas.

87. *De*[14]) *exercitu ducto.*

Et si quis calumpniatur quasi[15]) ducat exercitum[16]) super[17]) aliquem, et negaverit, purget se secundum pretium calumpniantis, aut eum[18]) persolvat.

88. *De hlot.*[19])

Si quis autem per *hlot* occiderit hominem; quem[20]) Angli dicunt *tvihende,*[21]) et alii *ceorlman,* qui illum se occidisse cognoverit,[22]) per-

1) Roff. & H. *om. inscriptionem* & *sic in seqqv. Hoc et quae sequuntur capita in Cod. D. desiderantur.* 2) regi H. 3) aut illi qui habet *saccam* &c. H. — Roff. *add.* qui habet.

4) precium domini sui H.. 5) *Cfr. cap.* 19 (18.) *leg. saecul.* & *L.* Inae. c. 9.

6) *Congruit hoc caput omnino cum L. Inae. c.* 12.

7) latrones ɔ: *Ðeofas, in textu AS. legis Inae.* 8) H. *add.* quod.

9) exercitus ɔ: *here, in textu AS. legis Inae.* 10) *Cfr. L. Inae. c.* 14.

11) H. *add.* est. 12) Roff. & H. *add.* pro forisfactura.

13) *Is, qui* habet consuetudines suas, *idem haud dubie significat, quod in capite* 84 *expressum legitur verbis: qui habet sacam et socnam suam, id est, ut equidem puto, qui habet jurisdictionem patrimonialem, cfr. p.* 62. 14) *Cfr. l. Inae. c.* 15. 15) quod H.

16) H. *add.* suum. 17) super ɔ: *contra.* 18) H. *om.* eum.

19) *Vide L. Ælfredi c.* 26. 20) Roff. *add.* quidam.

21) Tvinde (?) H. *Tvyhynde man s. ceorlman* ɔ: *ingenuus, qui non in nobilium numero est.*

22) cognoverit ɔ: *confessus fuerit.*

solvat[1]) secundum *vere* suum, et etiam reddat forisfacturas, et quisque,[2]) qui tunc cum eo fuerit,[3]) triginta solidos.[4])

89. *De occiso radchniht.*[5])

Si autem talis occiditur, qualem supra[6]) nominavimus *radcniht* et quidam[7]) vocant *sexhendeman*, occisor soluat *vere* et *vite* et quisquis sociorum ejus.[8])

90. *De*[9]) *libero homine persolvendo.*

Si hiis,[10]) qui occisus est, fuerit liberalis, id est *þegen*,[11]) qui occidit *vere* et *vite*, singuli autem sociorum ejus triginta[12]) solidos.

91. *De homicidiis, qui fiunt per hlot.*[13])

Si illa societas, quam vocavimus[14]) *hlot*, hæc homicidia fecerit, et postea hoc juramento negare voluerit,[15]) tunc omnes simul calumpniati persolvant pretium occisi, et omnes simul unam forisfacturam, sicut conveniat pretio, quod Angli dicunt *be veres maðe.*[16])

92. *De capite emendando.*[17])

Emendatio vulnerati capitis est talis: si ossa sine foramine sunt,[18]) triginta sol., et si exterior[19]) os sit perforatum, quindecim solidi.

---

1) Roff. *add.* eum. 2) Roff. & H. *add.* de sociis ejus.
3) fuerunt Roff. fuerint H. 4) Roff. *add.* persolvat. 5) *Cfr. L. Ælfridi. c.* 26.
6) *Vid. cap.* 62. 7) Roff. & H. *add.* Angli.
8) Roff. *add.* LX solidos. — H. *add.* XL sol. 9) *Cfr. L. Ælfr. cap. cit.*
10) is Roff. iste H. 11) *tvende.* H. Roff. & H. *add.* sicut superius diximus.
12) CXX Roff. & H.; *quæ lectio haud dubie vera est, quum quoniam analogia capitum antecedentium id poscere videtur, tum quia ita legitur in lege Ælfridi.*
13) *Cfr. L. Ælfr. l. c.* 14) vocamus Roff. & H.
15) noluerit Roff. *Hæc lectio etiam præferenda videretur, nisi etiam in lege Ælfridi l. c. legeretur:* and eft ofsverian *ville.* 16) mæþe Roff. & H.
17) *Vid. lex Ælfr. c.* 40.
18) Roff. & H. *om.* sunt. — *Omnino rectius videtur quod legimus in l. Ælfridi cap.* 40: si utrumque os perforatum sit.
19) *sic, et eodem modo in Cod. Roff. — Cod. H. autem recte habet:* exterius.

93. *De eodem.*[1])

Si infra capillos vulnus fuerit unius unciæ longum, unum[2]) solidum emendet;[3]) si extra capillos[4]) ejusdem magnitudinis, duos[5]) solidos.

94. *De aure.*[6])

Si cui auris absciditur, triginta sol.;[7]) si auditus[8]) obturatur, ita ut non possit audire, sexaginta sol.[9])

95. *De oculo.*[10])

Si cui oculus absciditur,[11]) talis erit emendatio: sexaginta sex sol.,[12]) et sex denarii, et tertia pars denarii, et si oculus infra capud remanserit et tamen nichil cum oculo[13]) videre possit, tertia pars stet[14]) in emendatione.

96. *De maxilla.*[15])

Si cui maxilla abscidatur, quadraginta[16]) sol; si cui dens anterior[17]) avellatur,[18]) octo sol;[19]) si autem dens,[20]) quem Angli vocant *fengtoð*[21]) sit ablatus, quatuor sol;[22]) mandibula hominis, id est *tuxl,*[23]) solvitur quindicim solidis.

97. *De osse maxillæ.*[24])

Si cui os maxillare confringitur, quindecim[25]) sol.;[26]) mentum,[27]) si fissum[28]) fuerit, duodecim sol.[29])

98. *De lingua.*[30])

Si cui lingua absciditur, emendatio ejus, sicut oculi.

---

1) *Vid. L. Ælfr. cap.* 40. 2) XII denar., si &c. H. 3) det Roff.
4) Roff. & H. *add.* fuerit et. 5) duo solidi sint emendatio Roff.
6) *Vid. L. Ælfr. c.* 40. 7) Roff. *add.* emendetur. H. *add.* emendet.
8) autem H. 9) XL sol. H. & sic lex Ælfr. — Roff. *add.* emendetur.
10) *Vid. L. Ælfr. cap.* 40. 11) eruitur, *manu recentiori in margine adscriptum.*
12) H. *add.* sint emendacio. 13) illo H. 14) est emendacio H.
15) *Cfr. L. Ælfr. c.* 40, *ubi quoque de naso fit mentio.* 16) LX sol. emendetur Roff. & H.
17) Roff. *add.* i. (id est) præcisor. 18) evellatur H. 19) Roff. *add.* emendetur.
20) Roff. *add.* caninus. 21) wangehol (?) H. 22) Roff. *add.* emendetur.
23) tux L. Ælfr. 24) *Cfr. L. Ælfr. cap.* 40. 25) XII sol. H.
26) Roff. *add.* emendetur. 27) menti, id est *cinban*, si &c. Roff. 28) scissum H.
29) Roff. *add.* emendetur. 30) *Cfr. L. Ælfr. cap.* 40.

99. *De gurgulo.* [1])

Si cui curgulum, [2]) id est *protebolle*, perforatum fuerit, duodecim sol. [3])

100. *De vulnere.* [4])

Si quis vulneratus fuerit [5]) ita, ut vix [6]) *(jus)* exeat, triginta sol. [7])

101. *De brachio.* [8])

Si quis alicui lacertum fregerit, quindecim sol. [9])

102. *De brachiis.* [10])

Si quis alicui fregerit utraque brachia, triginta sol. [11])

103. *De pollice.* [12])

Qui pollicem absciderit, triginta sol.; [13]) et [14]) ungulam [15]) ejus [16]) quinque sol.

104. *De indice (2do digito).* [17])

Secundus digitus nominatur [18]) index sive demonstratorius; pretium ejus est quindecim sol. et ungulæ [19]) ejus quinque [20]) sol.

105. *De tertio digito.* [21])

Tertius digitus, qui nominatur impudicus, ejus pretium est duodecim sol., et ungulæ [22]) duo [23]) sol.

106. *De quarto digito.* [24])

Quartus annularis; pretium ejus octodecim [25]) sol., et ungulæ [26]) ejus quatuor sol.

1) *Cfr. L. Ælfr. cap.* 40.
2) gurgulium Roff.
3) Roff. *add.* emendetur.
4) *Cfr. L. Ælfr. cap.* 40.
5) Roff. *add.* in scapulis, id est *mœri;* — L. Ælfr. *on eaxle bið gevundod.*
6) *jus* Roff. & H. — *lið seav* L. Ælfr.
7) Roff. *add.* emendet.
8) *Vid. L. Ælfr. cap.* 40.
9) Roff. *add.* emendet.
10) *Cfr. L. Ælfr. l. c.*
11) Roff. *add.* emendet.
12) *Cfr. L. Ælfr. l. c.*
13) Roff. *add.* emendet.
14) si quis Roff. & H.
15) ungvem H.
16) Roff. & H. *add.* absciderit, emendet.
17) *Cfr. L. Ælfr. l. c.*
18) H. *om.* nominatur.
19) ungvis H.
20) quatuor L. Ælfr.
21) *Cfr. L. Ælfr. l. c.*
22) Roff. *add.* ejus. — ungvis ejus H.
23) quatuor *L. Ælfr.*
24) *Cfr. L. Ælfr. l. c.*
25) XVII Roff. H. et L. Ælfr.
26) ungvis H.

107. *De quinto digito.* [1])

Quintus auricularis; pretium ejus novem sol. et ungulæ [2]) duodecim [3]) denarii.

108. *De ilio.* [4])

Si quis vulneratur in ilio, [5]) triginta sol.; [6]) quodsi ultra perforatum fuerit ad utrumque foramen, triginta [7]) sol.; id [8]) est pro uno foramine triginta [9]) et pro alio similiter.

109. *De femore.* [10])

Si femur hominis perforatum fuerit, triginta sol., [11]) et si fractum fuerit, similiter.

110. *De tibia.*

Si tibia perforata fuerit sub genu, duodecim sol., [12]) si super genu, [13]) triginta sol.

111. *De primo digito pedis.* [14])

Primus [15]) digitus pedis appretiatur viginti sol., secundus quindecim sol., medius novem sol., quartus sex sol., quintus quinque sol.

112. *De verendis.* [16])

Si quis in verendis ita vulneratur, ut tamen [17]) possit generare, [18]) ejus pretium octoginta sol. [19])

---

1) *Cfr. L. Ælfr. l. c.* 2) ungvis ejus H.
3) *ejus unius sol.* Roff. et L. Ælfr. 4) *Cfr. Lex Ælfr. cap.* 40.
5) Roff. *add.* id est *grin.* — L. Ælfr. *hrif.* 6) Roff. & H. *add.* emendetur.
7) XX Roff. H. et L. Ælfr. 8) *Hanc explicationem omittit L. Ælfr.*
9) XX Roff. & H.
10) *Hoc & quod proxime sequitur caput cum L. Ælfr. cap.* 40 *non omnino congruit.*
11) Roff. *add.* emendetur. 12) Roff. *add.* emendetur. 13) H. *add.* fuerit.
14) *Vid. Lex Ælfr. c.* 40.
15) *micele ta* L. Ælfr. — *Wilk. male vertit:* parvus pedis pollex. 16) *vid. L. Ælfr. l. c.*
17) *non* Roff. H. *et L. Ælfr., quæ lectio haud dubie vera est.*
18) Roff. & H. *add.* infantem.
19) Roff. H. et L. Ælfr. *add.* emendetur; si cui abscidatur brachium cum manu ante cubitum, LXXX solidis (IV libris) emendetur.

113. *De vulneribus extra capillos et ante manicas.*[1])

Omne vulnus factum extra capillos, et ante manicas, et ante cubitum, et ante genu, habebit duplex pretium.

114. *De incisione renum.*[2])

Si assatura renum, quam [3]) Angli vocant *lendebrede*, omnino [4]) incisa fuerit, sexaginta [5]) sol. [6]) Si autem in [7]) sura fuerit, quindecim sol. [8])

115. *De vulnere in humeris.*[9])

Si quis vulneratur in humero, si vivere potest, emendentur [10]) ei octoginta sol.

116. *De abscisione manus.*[11])

Si quis percusserit manum alterius de foris,[12]) si potest mederi, dentur ei viginti solidi; si autem media [13]) abscissa est, sexaginta [14]) sol. emendentur [15]) ei.

117. *De costis.*[16])

Si quis costam hominis fregerit, cute integra, emendet [17]) ei decem sol.; quod si cutis fracta fuerit et os inde extrahatur, quindecim sol.

118. *Tria*[18]) *unum emendationem habent.*

Si cui abscidatur [19]) oculus, pes [20]) aut manus, ista tria æqualem [21]) pretium habent, scilicet sexaginta sex sol. et sex denarios, et tertiam partem denarii.

---

1) *Vid. L. Ælfr. l. c.* 2) *Vid. L. Ælfr. l. c.*
3) quod Roff. — Lendebrede ɔ: *lumbus.* 4) homini H.
5) XL sol. H. 6) Roff. H. *add.* emendetur.
7) infixa fuerit Roff. & H. — *gif heo bið on bestungen* L. Ælfr.
8) Roff. et L. Ælfr. *add.* emendetur; si perforata fuerit, XXX solidis emendetur.
9) *Vid. L. Ælfr. l. c.* 10) emendetur Roff.; *ita quoque* H. & *om.* ei.
11) *Vid. L. Ælfr. l. c.* 12) ɔ: *externam partem manus.* 13) dimidia H.
14) XL Roff. & L. Ælfr. 15) emendetur H.
16) *Vid. L. Ælfr. l. c.* 17) emendetur Roff.
18) L. Ælfr. & H. *om.* Tria...habent. 19) eruatur H.
20) H. *add.* abscidatur. 21) equale H.

119. *De crure.*

Si alicui abscidatur crus usque [1]) ad genu, octoginta sol. emendentur [2]) ei.

120. *De scapulis.*

Si quis absciderit scapulas alterius, viginti sol. [3]) Si autem ita [4]) percussus fuerit, ut os inde trahatur, [5]) triginta sol. emendentur ei.

121. *De neruis incisis.*

Si grossus neruus incisus fuerit et mederi non [6]) possit, [7]) duodecim sol. [8]) Si autem claudus fuerit propter incisionem neruorum, [9]) ita ut sanari non possit, triginta sol. [10]) Si delicatiores [11]) nerui incisi fuerint sex sol. [12])

122. *Si quis paruulus* [13]) *fuerit deformatus.*

Si cui nerui et venæ super [14]) collum [15]) incidantur, ut non possit collum erigere, et tamen sic deformatus [16]) vivat, C sol. dentur ei pro emendatione, nisi sapientes majorem rectitudinem illi judicent.

123. *De* [17]) *armis accomodatis.*

Si quis alii [18]) arma sua præstiterit, et ille, cui præstita sunt, inde hominem occiderit, ipse, qui arma præstitit, tertiam partem pretii [19]) et forisfacturæ persoluat, aut purget se, quod non fuit consilium nec voluntas ejus.

---

1) cum genu &c. L. Ælfr. (gif mannes scanca bið ofaslagen vith that cneov.)
2) emendetur Roff. & H. 3) Roff. *add.* emendet.
4) intus percutiatur et os &c. L. Ælfr. (gif hine man *inbeslea.*)
5) abstrahatur, XV solidis ei emendetur Roff. 6) Roff. et L. Ælfr. *recte om. non.*
7) poterit H. 8) Roff. & H. *add.* emendentur. 9) nerui Roff. & H.
10) Roff. & H. *add.* emendetur. 11) minores H. 12) Roff. *add.* emendetur.
13) *Voce* parvuli *auctor inscriptionis sine dubio misericordiam quandam exprimere voluit; idem ac:* misellum *hoc loco significare existimo.* 14) supra H.
15) Roff. & H. *add.* ita. 16) contumelia affectus (gescende) L. Ælfr.
17) De homicidio perpetrato armis prestitis H. — *Cfr. L. Ælfr. c.* 19, *quæ plura tamen continet.*
18) alicui H. 19) ɔ: *veres, sive æstimationis capitis.*

124. *De cane rabioso.* [1])

Si canis hominem dilaniaverit [2]) aut occiderit, prima vice ille, cujus canis est, emendet ei sex sol., et si post [3]) eundem canem paverit, duodecim solidos persoluat, tertia vero vice, si idem [4]) fecerit, dominus ejus triginta sol. emendet, et quamvis [5]) canis in tali facto perierit, tamen emendatio persolvatur. Quod si canis adhuc plura hiis mala peregerit, et supradictus dominus ejus [6]) illum adhuc retinuerit, emendet plenum pretium ejus, cui malum fecerit, sive sit violatio cicatricis, sive aliud.

125. *De* [7]) *precio villani.* [8])

Pretium hominis, quem supra [9]) nominavimus *cherlman*, [10]) secundum legem Merciorum sunt CC sol.

126. *De pretio liberalis* [11]) *hominis.*

Liberalis hominis, id est *þegenes*, [12]) pretium ejus [13]) sexies tantum, id est duodecies C sol. — Sexies autem tantum erit simplum pretium regis, hoc est [14]) ducentæ viginti [15]) libræ. Tantum secundum justitiam est pretium [16]) regis, sed propter excellentiam regiæ dignitatis convenit iterum [17]) tantumdem dare; [18]) parentes vero regis juste debent habere simplum pretium regis, et populus aliud.

---

1) *Cfr. L. Ælfr. c.* 23. 2) dilaceraverit Roff. & H.
3) pro hoc eundem Roff. — H. *add.* hec. 4) H. *add.* hoc.
5) *In lege Ælfr. verba sunt:* gif æt ðissa misdæda hwylcere se hund losige, ga ðeos bot &c., *quæ sine dubio minus recte Wilkins ita vertit:* Si post hoc delictum aliquod canis aufugiat, compensatio nihilominus &c. 6) Roff. & H. *om.* ejus. 7) Idem de eodem H.
8) *Cfr. Judicia civitatis Lundoniæ ap. Wilkinsium* p. 72. 9) superius Roff.
10) ceorlman Roff. 11) H. *om. inscriptionem.* — *Cfr. Jud. C. Lund. l. c.*
12) theignes H. 13) Roff. *om.* ejus.
14) est XXX millia sceattarum et hæc omnia faciunt CXX libras. Jud. C. Lund.
15) H. *om.* viginti. 16) æstimatio capitis (weregyldes) Jud. C. Lund.
17) aliud quid dare &c. (oðes swilc) Jud. Civ. Lund.
18) *Wilkins verba in Jud. civ. Lund.:* "se wer gebirað magum and seo cynebot tham leodum" *perperam ita vertit:* "æstimatio capitis *incumbit* cognatis & compensatio regis populo."

127. *Quanti fuerit sacramentum liberalis hominis.*[1])

Sacramentum liberalis hominis, quem quidam[2]) vocant *twelfhendeman,*[3]) debet stare et valere juramentum septem[4]) villanorum.[5])

128. *Quanti fuerit sacramentum presbiteri.*[6])

Sacramentum presbiteri, regulariter viventis, tantumdem valet[7]) sicut liberalis hominis,[8]) propter septem ecclesiasticos ordines. Septem enim sunt dona Spiritus Sancti, et septies presbiteri et alii servi Dei in ecclesiis debent cotidie laudare Deum, et pro populo christiano jugiter[9]) intervenire, et propterea quisquis talibus nocere cupit aut fecit, oportet eum septupla emendatione illud emendare, et si aliquis presbiterum occiderit, excepto ejus justo pretio, pro unoquoque ordine viginti sol. emendet, videlicet ad ordinem hostiarii[10]) viginti solidos, ad exorcistam[11]) viginti, et sic per ordinem[12]) transeat presbiteratum. Istæ septem libræ pro septem ordinibus erunt extra pretium, quod dicitur *veregeld*, et erunt istæ[13]) juste episcopi et pauperum.

(Istæ sunt consuetudines regum inter Anglos).[14])

---

1) H. *om. inscriptionem. Cfr. Leg. Æthelstani p.* 64 & *Jud. Civ. L. p.* 72.

2) quidem Angli vocant &c. Roff. — H. *om.* quidam.

3) tvelfehænde Roff. & H. tvelfhindesman, Jud. civ. Lund.

4) sex H. Roff. & Jud. civ. L. & Lex Æthelst.

5) Roff. L. Æthelst. & Jud. C. Lund. *add.* quia pretium ejus est (id est veregeld) sex villanorum (ceorlan). H. *add.* quod precium ejus est i. est *veregeld.* Expliciunt hic constitutiones Chnuti Regis. 6) *Cfr. L. Æthelstani p.* 64. 7) Roff. *add.* scilicet.

8) Thaini L. Æthelstani. *Quæ mox de septem ordinibus ecclesiasticorum afferuntur quodammodo conveniunt cum libro Canonum ecclesiasticorum, apud Wilkins p.* 155-156.

9) Roff. *om.* jugiter. 10) ostiarii Roff. 11) Roff. *add.* iterum.

12) Roff. *add.* usque. 13) Roff. *om.* istæ.

14) *Hæc verba, parenthesi inclusa, in Codice cum capite antecedente junguntur; Rostgaardius autem credit, ea ad sequens caput pertinere. Nobis nec cum illo nec cum hoc apte cohærere videntur, quum illud de jure ecclesiasticorum, hoc de juribus oppidorum sive municipiorum agat. Ni fallimur, lacuna hic adest; verosimile est, totum caput de jure regio scribam data opera omisisse, postquam primas lineas duxerat, quum animadverteret, hac de re jam supra actum esse, in lege sæculari cap.* 9 & 10 (12. 13).

129. *De consuetudine Anglorum.*

Omnes rectitudines civitatum regni[1]) sunt et[2]) pastum suum cum omnibus rebus, quae ad istum[3]) pastum pertinent, carta allodii ad aeternam hereditatem, forisfactura allodii et pretium eorum, qui habent allodium, quando ita profunde forisfaciant se ipsos; forisfactura belli, quam[4]) Angli vocant *ferdvite*, in terra omnium suorum.

130. *De exule.*

Pastio proclamati exulis,[5]) quod Angli vocant *be boden*[6]) *utlage.*[7])

131. *De latrone.*

Pastio etiam latronum, latitantium in sylvis, qui spoliant et occidunt homines, quos Angli vocant *flemen.* Omnis[8]) latro extra proclamatus, ita[9]) *(vita)* aut pretium publici latronis.

132. *De invasione.*

Invasio domus vel curiae, quod dicitur *riht hamsocne;*[10]) si ille qui fecerit, proclamatus fuerit extra[11]) terminos suos, tunc, si venerit, ad emendationem, rex illam habebit.

---

1) Roff. *om.* regni sunt.

2) *Haud dubie legendum:* ad; — rectitudo ad pastum *videtur esse: jus oppidorum ad pascua sua retinenda.* Pastus *saepius pro pastione vel pascuo occurrit. Quae sequuntur municipiis tribuere videntur jus dominii aeternum in praedia, quae possident, jus praedia reorum confiscandi ac mulctas exigendi* &c., *quatenus nempe territorium oppidi se extendit.*

3) illum Roff. 4) quod Roff.

5) *Cfr. lex saecul. c.* 10 (12. 13) & 12 (14). 6) bodenes Roff.

7) *Hoc et quod sequitur caput adhuc agit de mulctis, quae municipiis assignatae sunt ob delicta in territorio eorum commissa. Itaque verba:* ad civitates pertinent, *aut similia, ad finem hujus capitis et in sequenti post vocem:* flemen, *subintelligenda esse videntur.*

8) *Sensus loci paullum obscuri hic esse videtur: latronem publicum quod attinet, qui in exilium extra municipium damnatus est, ejus vita aut aestimatio capitis in potestate erit municipii. Cfr. caeterum leg. saecul.* c. 10 (12. 13) & 12 (14). 9) vita Roff.

10) *Etiam hoc loco subintelligendum est, quod in nota* 7 *ad cap.* 130 *observavimus.*

11) extra terminos suos o: *extra terminos municipii.*

133. *De regis pace fracta.*

Fractionem etiam pacis, quod dicitur *gridbrece*,[1]) parte[2]) regis percipitur in comitatu vel in hunredo, qui postea illam fregerit, regi emendabit. Emendatio fracti pontis in via regia.[3])

134. *Quod*[4]) *rex et episcopus habeant emendationem fractæ pacis secundum antiquos.*

In terra omnium, secundum antiquam consuetudinem, fractæ pacis ecclesiæ emendatio erit communiter regis et episcopi; et multas alias consuetudines habet rex, que sibi conveniunt.[5])

135. *De divisione terrarum.*

Qui divisionem[6]) habet juxta terram regis, claudat contra regem aut custodiat, aut dilectione aut pretio adquirat, si voluerit aliquam in terra illa aisiam[7]) habere.

136. *De antiqua consuetudine.*

Antiqua consuetudo fuit, ut omnis ecclesiastica et secularis emendatio communis erat regi et episcopo.

137. *Cui pecunia emendata debet dari.*

Hoc etiam debet quisque scire, quia[8]) si pro aliqua forisfactura, quæ

---

1) *Sine dubio hoc quoque caput cum antecedentibus intime cohæret, ita ut observationi in notis* 7 & 10 p. 113 *etiam hic locus sit.*

2) si pax ex parte regis præcipitur in comitatu &c. Roff., *quæ lectio genuina esse videtur.*

3) *Sensus esse videtur: mulcta ob pontem fractum in via regia ad regem pertinet.*

4) Roff. *om.* Quod....antiquos. 5) sibi conveniunt ɔ: *ei competunt.*

6) Divisio *idem esse videtur ac divisa* ɔ: *terræ portio, "sic dicta sive quod limitibus divisa* ɔ: *definita sit, aut quod per divisam* ɔ: *testamentum relicta sit, portio hæreditaria." Du Cange Glossar. s. voc. divisa. Prior quidem explicatio nobis præferenda esse videtur, cfr. L. Inæ cap.* 42.

7) commoditatem Roff. Aisia *idem ac aisantia sive aisiamentum esse videtur* ɔ: *jus servitutis in prædio alieno; lex præcipere videtur, eum, qui prædium prædio regis vicinum habeat, in hoc nullum jus servitutis exercere posse, nisi aut gratia regis (dilectione* ɔ: *pro caritate, ut dicunt scriptores medii ævi, quando quid gratis conceditur) si hoc concessum sit aut pretio acquisitum.* 8) *Annon legendum:* quod?

ad deum pertinet,[1]) pecunia accipitur ab episcopo, vel ab aliquo alio, episcopus debet eandem pecuniam distribuere ecclesiis et pauperibus.

138. *De consuetudine inter regem et comitem.*

Comitis rectitudines secundum Anglos istæ sunt communes cum rege: tertius denarius in villis, ubi mercatum convenerit, et in castigatione latronum, et[2]) comitales villas, quæ ad comitatum ejus pertinent; et consuetudines liberalium hominum dupliciter omnes habere,[3]) videlicet duplicem *mundam*,[4]) duplicem *manbote*, et forisfacturam duplicem;[5]) duplex etiam debet habere pretium i. e. *vere*,

139. *De despectu archiepiscopi et regis.*[6])

In lege Cantia ecclesia Christi et rex et archiepiscopus habent similem et æque carum despectum, quod Angli dicunt *mundbreche*; et in illa lege pecunia archiepiscopi undecies reddetur, pecunia vero regis non reddetur, nisi novies.[7]) Alius[8]) archiepiscopus et filius regis de legali conjuge habent similem sæcularem rectitudinem in multis rebus, hoc est in despectu, et emendatione hominis occisi, quod dicitur *manbote*, et in multis aliis rebus diversis, id est *vere* pretio reddendo et forisfacturam,[9]) utroque æque magnum et carum.

140. *De rectitudinibus episcopi et comitis.*

Episcopus et comes multas habent seculares leges[10]) æquales, et etiam[11]) olim idem habuerunt propter excellentiam ordinis.

141. *Quid episcopi in sæcularibus legibus.*[12])

Episcopi inprimis ecclesiasticam habeant[13]) correctionem et christia-

---

1) pertineat Roff. 2) *Nonne legendum:* in comitalibus villis, quæ &c.?

3) *Scilicet* debet; *sensus esse videtur, omnibus juribus, quæ Thaino competunt, comitem dupliciter gaudere.* 4) Munda *sine dubio idem ac mundbrece, vid. p.* 8 *not.* 7 *et cap. sequens.*

5) Roff. *om.* duplicem. 6) *Vid. libr. Constitution. tempore Æthelredi* p. 110.

7) *Quæ sequuntur in libro constitutionum desiderantur.* 8) *Legendum haud dubie:* alias.

9) forisfactura Roff., *quæ certe genuina lectio est. Legendum porro videtur:* quod in utroque &c. 10) leges o: *jura.* 11) jam omnia olim &c. Roff.

12) *Scilicet:* habent. 13) Roff. *om.* habeant.

nam dominationem super omnes, quos debent docere et ante judicium Dei eos ducere et præire; in multis tamen locis secundum justitiam in sua propria terra et in suis villis debent habere constitutionem hundredi, quod Angli dicunt *hundred setene*, et pretium latronum, intra [1]) terminos eorum proclamatorum,[2]) et infectam [3]) invasionem, quod dicitur [4]) *unvorte hamsocne*, et *tol* [5]) et *team*,[6]) et correctionem latronum, quousque sint [7]) condemnati ad mortem.

142. *De monetariis et ponderibus et mensuris.*

Sicut [8]) etiam monetarios et punderes,[9]) et loca judiciorum ferri

1) infra Roff. 2) Roff. *om.* proclamatorum. 3) *Haud scio an verba:* infecta invasio *exprimant Anglo-Saxonicum* infith *vel* insocna ɔ: *pacis domesticæ violatio per eos, "qui in ipsa domo sunt contubernales," vid. Leg. Henrici* 1mi *cap.* 80.

4) Angli dicunt *unvorhtre hamsocne* Roff. — *Si conjectura supra exposita justa sit, legendum fortasse:* invorthe.

5) Tol, *portorium, nostrum Told. Dubitare autem licet, num hac voce hic indigitetur immunitas a portorio, an jus portorium exigendi. Interpretationem priorem commendat explicatio, quam in legibus Edovardi c.* 24 *invenimus:* "Thol, quod nos dicimus tholonium, est scilicet, quod habeat libertatem vendendi et emendi in terra sua;" *altera autem se commendat loco ex Domesdaybook Chenth. p.* 763, *quem affert Phillips p.* 88 *not.* 283: "Homines de Sudverca testantur, quod tempore regis Edvardi nullus capiebat theloneum in Strande vel in vico aquæ, nisi rex;" *unde elici posse videtur, post tempora Edovardi fuisse, qui tali jure gauderent. Fortasse illi, quibus illa immunitas fuit concessa, sensim sensimque ipsum jus portorium in suo territorio exigendi sibi arrogaverunt.*

6) Team *dicebatur jus in causis, ubi rei vindicatio instituta erat, mulctam exigendi vel a reo, si auctorem sistere non potuerit, vel ab actore, si causa ciciderit, ob calumniam. Ita in Leg. Edovardi, cap.* 25 *explicatur:* "Theam, quod si quispiam aliquid interciet super aliquem et interciatus non poterit warrantum suum habere, erit forisfactura sua, et justitia similiter de calumniatore, si defecerit." *Cfr. cæterum p.* 54. *not.* 13.

7) sit condemnatus Roff. 8) *Sic* Roff.

9) Roff. *add.* vel ponderatores. *Vox, quæ antecedit, monet, per* punderes *non trutinas vel stateras significari, verum eos, qui tales tractant, qui pondus explorant; quam explanationem vocis τῶ punderes etiam, ni fallor, textus Roffensis exhibere voluit addendo:* vel ponderatores. — Ponderatio *dicebatur medii ævi temporibus vectigal, quod pro usu ponderum publicorum solvebatur, quando res et merces ponderabantur. Tale vectigal tanquam reditum, ad episcopos pertinentem, lex respicere videtur.*

aut aquæ, [vel[1]) ponderatores aquæ], proprias mensuras et pondera, et multas varias consuetudines,[2]) quas statuerunt qui honorem Dei et[3]) justitiam amaverunt.

143. *De antiqua lege Anglorum.*[4])

Antiqua lex Anglorum fuit, quod genus[5]) illorum et consuetudines in honore tenebantur, et per consilium dabantur unicuique[6]) secundum mensuram cujusque, comiti et villano, liberali et subliberali;[7]) et si villanus ita crevisset sua probitate, quod pleniter haberet quinque hidas[8]) de suo proprio alodio,[9]) et ecclesiam propriam, et clocarium[10]) et coquinam et portam, sedem et[11]) privatum prefectum[12]) in aula regis, tunc deinde erat dignus honore libertatis,[13]) quod Angli dicunt *þegenscipes vurðe.*

144. *De*[14]) *servitio regi fracto.*[15])

Si autem liberalis homo, i. e. *þegen*, ita profecisset, ut regi seruisset et vice sua equitaret in missiatico[16]) regis, is talis, si haberet alium sub se, qui ad expeditionem regis quinque idas[17]) teneret, et in aula regis domino suo seruisset, et ter nuncius[18]) regem adisset, is, inquam, talis [domini[19]) sui] dehinc potest pro domino suo præjurare juramentum, quod[20]) supra nominavimus *foraht*, in diversis rebus ubicumque opus est;

1) Roff. *om.* vel...aquæ. *Haud dubie recte.* 2) *Scilicet:* habent episcopi.

3) Roff. *om.* et justitiam.

4) *Vid. Judicia civitat. Lund. p.* 76. 5) *gens* Roff. 6) cuique Roff.

7) Subliberalis *nil aliud esse videtur, nisi qui liberali homini* o: *Thaino servit; in textu Anglo-Saxonico Jud. civ. Lund. dicitur þeoden, quod Wilkins per rusticum, Phillips vero p.* 115 *per dominum vertit. Cfr. leg. sæcular. c.* 21 (19) *et c.* 22 *in fine.*

8) hida o: *tantum terræ, qvantum unius aratri culturæ sufficit per annum.* 9) alodii Roff.

10) Clocarium *vel campanarium dicitur turris ecclesiæ, in qua campana pendet.*

11) and sunder note on Kynges healle, *Judic. civ. Lund.* 12) profectum Roff.

13) liberalitatis Roff. 14) *Vid. Judicia civ. Lund. p.* 71. 15) *Lege:* facto.

16) missiaticus v. missiaticum, *sæpius missaticum,* o: *nuntius; Gall. message.*

17) *hidas* Roff. — Qui ad expeditionem &c. o: *qui possidet quinque hidas, unde regi, in bellum eunti, milites adducit; cfr. not.* 7. 18) Roff. *add.* domini sui. 19) Roff. *om.* domini sui.

20) Jud. civ. Lund. *om.* quod...forath. — *Cfr. cæterum leg. sæcul. cap.* 22 *in fine.*

qui autem [1]) non haberet, per semetipsum id faceret, aut careret. Et si liberalis homo [2]) ascendisset, ut comes fieret, haberet [3]) omnes rectitudines suas, sicut comes.

145. *De mercatore honorato.* [4])

Si mercator ter mare transisset suo proprio sumpto, talis deinde erat libertate [5]) dignus, quod dicunt *þegen riches* [6]) *vuerđe.*

146. *De clerico ad honorem promoto.*

Ita etiam clericus, qui discendo tantum profecerat, ut ordines haberet et in castitate Christo serviret, is tunc judicabatur jure in omnibus libertatem [7]) habere debere, et si contingeret aliquem nocuisse ordinatum [8]) aut peregrinum, [9]) tunc rex et episcopus juste quam citius possent [10]) hoc emendare deberent. [11])

147. *De solutione cornu bovis vel caudæ.* [12])

Cornu bovis persolvitur decem denariis et vaccæ duobus denariis, cauda vero bovis uno solido; et vaccæ quinque denariis; oculus bovis quinque denariis et vaccæ quatuor denariis. Nola [13]) bovis, collarium canis, tuba cornea, horum trium unumquodque valet unum solidum et uniuscujusque modus computatus pro dampno, quod ex hiis possit fortasse contingere, vel propter dedecus. [14])

148. *De ferro judicii.* [15])

Ferrum triplicis diei *(dei)* judicii ponderet libras tres. [16])

---

1) Roff. *add.* talem. 2) Roff. *add.* ita. 3) habebat Roff. 4) *Judicia civit. Lund. p.* 71. 5) liberalitate Roff. 6) rihtes vurthe Roff., *quod rectius.* 7) liberalitatem Roff. 8) *ordinato* Roff. 9) *peregrino* Roff. 10) possunt Roff. 11) debent Roff. 12) *Cfr. leg. Inæ c.* 58, 59.

13) nola bouis &c. *usque ad finem desunt in textu Roff.* & *in leg. Inæ.* Nola *dicitur tintinnabulum, quod collo pecoris sæpius appenditur.*

14) *Sensus esse videtur: mulctam illam ablationi nolæ bovis, collarii canis et cornu pastoris aut eam ob causam injunctam esse, quod facile damnum oriri possit, quando illæ res, quas grex veluti signa sequitur, desunt, aut etiam propter dedecus, quo pastor tali ablatione affici videatur.* 15) *Cfr. l. Inæ c.* 77.

16) *Qui delicti gravioris accusatus aut qui antea facinoris convictus erat, interdum triplici purgationi* (þryfeald lada) *subjiciebatur, quæ purgatio a simplici* (anfeald lada) *ita differebat, ut, si reus juramento purgandus esset, numerus consacramentalium augeretur, si vero ordalium subeundum, pondus ferri, quod in simplici ordalio unius libræ erat, ad tres libras augeretur. Cfr. cap.* 22 (19. 20) & *cap.* 31 (27) *leg. sæc.*

GLOSSARIUM.

A.

abarnatus, p. 96, not. 7.
accomodare (ɔ: *commodare*), 110.
aisia, 114.
alienus, 78.
alleviatio, 88.
alodium (*prædium hæreditarium*), 22. 42.
ammodo (*deinceps, in posterum*), 102.
anfeald að, 52.
apostare (*postponere, violare*), 102 not.
appellatio, 12.
assatura renum, 109.

B.

brede, 57 not. 3.
brigbota, 86 not. 10.
burgum, 56.
burhbota, 86 not. 10.
bærnet, 86 not. 5.

C.

calumnia, 12.
calumniari, 10.
carcannum (*collare, s. vinculum, quo rei collum stringitur*), 66.
carucca, 20.
ceapgyld, 58.
ceorl, cherlman, 24. 46. 104.
cherchanc, 24.
clocarium, 117.
cognoscere, 104.
commater (*mulier, quæ alterius filium vel filiam de fonte baptismatis suscepit*), 18.
commendatio, 82.
communicatio, 30.
consolatio (?) 2.
consuetudo, 40, 90, 104.
contra, 68.
contraria calumnia, 58.
curia, 42.

D.

defendere, 74.
dejicere, 40.
delatum, 48.
deponi, 16.
despectus, 44.
detractio (?) 80.
dilectio, 114.
dimissio, 42.
dispensa, 96.
divisio, 114.
drincelean, 100.

E.

eðgelde (*Scandinav. ugild*), 76.
eðlete, 18.
exorcista (*clericus "qui adjurat malignos spiritus, ut homines relinqvant" Can. Ælfric.* 13), 118.
expeditio, 3.

F.

feldcherche, 10.
fengtoð, 106.
feohvite, 44.
ferdvite, 44.
feria sexta, 26.
fidelis (*qui juramentum servat, culpæ immunis*), 52.
folgeres, 50.
foresteal (*ad hoc delictum in Leg. Henrici* imi *c.* 80 *refertur* "assultus in via regia"), 42.
foris (de foris), 109.
forisfactura, 6.
forisfactus (*sit forisfactus ei* ɔ: *mulctam solvito ei* &c.), 46.
fyhtvite, 44.
fyrdfare, 86 not. 10.
fyrðunga 42 not. 5.

G.

genu (*gradus generationis*) 18.
gridbrece, 44.
grin, 108 not. 5.
gurgulum (ɔ: *gurgulio*) 107.

H.

halsfang, 68.
hamsocne, 42.
heregeat, 90.
hida, 147.
hlafordsvice, 58. 86 not. 5.
hlot 104.
horderium, 96 not. 12.
hostiarius (ɔ: ostiarius, *custos portæ ecclesiæ.*) 112.
hrif, 108 not. 5.
hundredum, 46. 48. 50. 56.
hundred setene (*videtur esse jus constituendi judicium hundredi*) 116.
husbrece, 86 not. 5.
husfest, 50.

I.

jacens (res) 54.
ida *vid. hida.*
infecta (invasio). 116.
infidelis, (*qui juramentum frangit, legis violator*) 52
inlegiare, 6.
inpossibiliter, 88.
judicium triplex 118.
jus, 107.
justitia, 88.

L.

lahslit, 46.
latrocinium (*res furtiva*) 54.
lendebrede, 109
liber pœnitentialis 76.
liberalis homo 20.
libertas, 16.
lihtgescot, 20.
luminaria. 20.

CORRIGENDA.

P. 8. not. 13. noster male habet XCC *lege: noster habet XXC.*
- 19. lin. 7 homed *l. hæmed.*
- 29. c. 18 lin. 3 leofre *l. leofre.*
- 40. c. 9 (12) Hec sunt *l. Hee sunt*
- 53. lin. 9 by rig *l. byrig*
- 64. not lin. 1 geudi *l. gendi*
- 74. l. 1 oarnem *l. carnem*
- - not. 1 lin. 2 seipsnm *l. seipsum*
- 83. l. 5 vere *l. þere*
- 97. l. 9 nto *l. into.*

Made in Italy

8 032919 990